SCRIPTA
D. GEORG. ERN. STAHLII,
Sacr. Reg. Majest. Boruss. Consil. Aulici & Archiatri Primarii,

ALIORUMQUE AD EJUS MENTEM DISSERENTIUM,

Serie Chronologica

Recenset

D. JOH. CHRISTOPH. GOETZIUS,

Medic. Norimb. & Acad. Cæsar. Leopold- Carol. Nat. Cur. ARISTON dictus.

Accedunt

B. JOH. LUDOVICI APINI,

Med. D. & Prof. Publ. quondam Altdorf. Celeberrimi,

DUBIA QUÆDAM IN AUTORIS NOSTRI ASSERTIONES.

EDITIO SECUNDA,

Cui annectitur

SUPPLEMENTUM I.

Scripta ad Annum hunc usque edita exhibens.

NORIMBERGÆ,
Impens. B. Wolfg. Maur. Endteri Filiæ MAYERIN, hujusque Filii.
Anno MDCCXXIX.


WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

L. B.
S. P. D.
D. J. C. G.

INtroductionis loco Catalogum hunc *Scriptorum Stahlii ac Stahlianorum* Obſervationibus *Ejus* præmittere ideo non incongruum duxi, quod ex iisdem tum petitæ tum illuſtratæ ſint ad unum omnes, adeoque notitia eorundem non poſſit non eſſe utilis ac neceſſaria. Nec, quantum equidem novi, ullibi exacta illorum habetur deſignatio, ſi ea, quæ *B. Nenterus* in *Introduct. Theoriæ Hominis ſani* & Celeb. Dom. Conſil. *Alberti* in *Indicibus utriusque Voluminis Diſſertationum Stahlianarum* enarrant, excipias. Aſt non omnia a ſe viſa atque indicata prior ipſe pag. 87. ingenue fatetur, & quemvis ejusdem cum noſtro hoc collatio facile docebit; Poſterior autem ſolas in dicta Volumina coactas Diſſertationes recenſet. Contractus cæterum eſt hic Catalogus ex *Hiſtoria Scriptorum Stahlianorum* in *Nov. Liter. Lipſienſ. Germ. Ann.* MDCCXXII. *Sect.* XXXII. & L. p. 309. & 405. a me promiſſa, ac in binas diſpeſcitur Claſſes. Harum una Ill. *Stahlii*, altera *Aliorum ad ejus mentem diſſerentium*, Scripta enarrabit. De *hac* ſuo dicemus loco; de *illa* autem nunc hæc pauca monebimus: 1. Tradentur nempe inibi omnia, quæ mihi quidem innotuerunt, Ill. *Stahlii* Scripta ordine *Chronologico* digeſta, eorumque *Titulus*, *moles*, atque *editionis locus* & *tempus* indicabuntur, de quo ultimo adhuc animadvertendum: Quasdam *Ejusdem* Diſſertationes ſecunda, quin tertia, prodiiſſe vice, quarum quidem iteratam editionem ſi non ſemper indicaverim, facilem, ut ſpero, apud æquiores arbitros impetrabo veniam, cum non ſemper ad omnium perveniant manus. 2. In deſcribendis Scriptorum *Titulis* Autoris ipſius per commata, cola, & ſimil; *diſtinctiones* ſtudio ſunt conſervatæ. 3. Si quædam allegentur ejusdem Scripta iterato edita, utriusque editionis paginæ citantur, & linea

intermedia distinguuntur, ubi superior numerus primæ, inferior recentioris, editionis paginas indicat. 4. Numeri Romani cum literis *a b c*, aliquarum Dissertationum Titulis in fine appositi, notant ordinem, quo in Volumine Dissertationum Stahlianarum *primo* locatæ habentur, literis *a*, *b*, *c*. Voluminis istius partem primam, secundam, & tertiam, designantibus: Sine his autem literis additi numeri Romani *Seriem* Dissertationum Voluminis *secundi* monstrant. 5. Potissima *Ill. Autoris Vitam*, *Indolem*, *Fata*, *Scripta* & *Inventa* concernentia atque illustrantia momenta e quocunque Scripto brevissimis notantur, eidemque subnectuntur; plurimis aliis notatu dignissimis momentis tum in Observationes ipsas tum aliam commodiorem occasionem, ob spatii nunc & temporis penuriam, & quod ad præsentem nostrum non faciant scopum, reservatis. 6. Adjiciuntur passim suo loco B. D. D. *Joh. Ludov. Apini*, Profess. olim Altorfini Celeb., Medici ac Practici, dum viveret, doctissimi & experientissimi pariter ac felicissimi, *Dubia quædam in aliquas Ill. Stahlii assertiones*, quæ ex Ejusdem Manuscriptis a *magni Patris digno Filio* benevole aliquando concessis depromsi, & eum in finem hic addidi, ut tum solida Beati hujus Viri argumenta ab interitu vindicentur, tum Ill. *Stahlii* hypothesibus stabile suum fundamentum afferatur, si ad objectiones Viri multum ab Eo æstimati modestas respondere velit. 7. Subjunctæ tandem aliquot Viri ejusdem laudatissimi *Tabulæ*, quibus nonnulla Ill. Autoris nostri Schediasmata nervose digessit, e quibus videre licet, quanti *Stahlium* Ejusque labores fecerit beatus noster *Apinus*, nemini, si longiorem vitam concessissent fata, facile secundus. Sufficiat autem hæc præmonuisse. **Vale ac fave. Dab. Norimberg. MDCCXXIX. Calend. April.**

SECTIO



SECTIO I.

SCRIPTA
GEORGII ERNESTI STAHLII.

I. F*ragmentorum Aetiologiæ Physiologico-Chymicæ ex Indagatione Sensu-Rationali, seu Conaminum ad concipiendam notitiam Mechanicam de* Rarefactione Chymica, *Prodromus de* Indagatione Chymico-Physiologica. *Jen. apud Johann. Bielck; lit. Nisian; 1683. 12. pl. vii.* 1683. Januar.

Recus. cum *Opusc. Chym-Phys-Med.* Hal. Magdeb. 1715. ubi agmen Spicilegii illius, ut Autor ipse vocat, ducit. Omittuntur autem in posteriori hac editione Epistola ad Celeberrimum *G. W. Wedelium* & Patrem suum, *Joh. Laur. Stahlium,* Consistorii Ecclesiastici Onoldo-Brandenburgici Assessorem & Secretarium, dedicatoria, nec non in titulo vox *Fragmentorum.* Ipse autem hujus sui laboris meminit in Specim. Becher; p. 24. Fund. XIII. ubi *Desideria* sua *juvenilia* vocat veritates ibidem ventilatas. Conscripsit enim id juvenis XXIII. annorum, ut in Præfatione supra dicti opusculi narrat, & octo circiter ante suam in Doctorem promotionem mensibus, ut in *Excusat. respondent. Exam. Puls. Cel. & Frequ; p. 2.* asserit. Unde etiam plerisque in locis, ubi hujus sui Prodromi mentionem facit, *juvenilem* illum vocat laborem; quemadmodum hoc fit in *Obscrv. Chym. Phys. Med. curr; Mens. Decembr. p.* $\frac{308}{482}$ *& Dissert. de Curat. Æquiv; p.* 38. XCIV. Adeoque etiam juvenilis hujus potius

A lusus

lusus quam laboris iteratam cum supra memorato opusculo editionem in Præfatione dedignari videtur, & ut, emeritis dudum stipendiis, missionem impetrasset mallet: sed injurius profecto in se suumque esset foetum, quod ex eo idem veritatis studium, eadem sapientiam personatam aggrediendi virtus, quæ e maturioris suæ ætatis laboribus, elucescat, indeque illum in Medicinæ restaurationem natum esse & nequaquam volentem dormiisse, ut in Epistola Dedicatoria ipse loquitur, appareat. Nam a teneris jam se huic despondisse studio ipse § 104. testatur, ubi ipse affirmat, septem jam propemodum annorum decursu se Physico-Medico operam dedisse studio. Non levem etiam in Chymicis scientiam ostendit § 82; Physicorum autem vulgares nævos probe jam illi innotuisse monstrat § idem; Quemadmodum denique superlativa illa Medicamentorum chymicorum elogia eorumque inanitatem non nesciisse e § 85. elucet, ut ipse recordatur in *Diss. de Curat. Æquiv;* p. 38. XCIV. Si autem quendam Titulus hujus laboris male habeat, rationem ejusdem § 66. 80. 86. & 104. inveniet. Cæterum ex anno primæ editionis & superiori asserto, Juvenem nempe XXIII. annorum hæc scripsisse, annus natalis Ill. nostri Autoris innotescit, qui procul dubio sexagesimus circiter Seculi XVII. fuit, ut ita annum *sexagesimum sextum* nunc agat, quibus ut numerosiores adhuc vegetosque addat Divina Clementia mecum omnes boni reique Medicæ emendandæ & augendæ studiosi animitus precabuntur. Ulterius autem de sua ætate conferri merentur *Diagr. de vera Proëxeucr. Hipp.* p. 71. Sect. 8. *Sciamach.* p. 201. *Synops. Med. Stahl.* p. 4. & denique Kurtze Nachricht von der Stadt Halle/ Cap. V. § 13. ubi anno 1660. die XXI. Octobris natus dicitur.

1684. Januar. II. *Dissertatio Medica Inauguralis de* Intestinis, eorumque Morbis ac Symtomatibus cognoscendis & curandis. *Præside* Rudolf Wilhelm Kraufs. *Recus. Hall. Magdeb. 1713. apud Christ. Henckel. pl. 7. XXV. g.*

Dolendum sane elegantissimam hanc Dissertationem recusam innumeris fere scatere Sphalmatis. *Programma* D. D. *Augustini Henr. Faschii* annexum tum primæ ætatis Autoris nostri fata, tum Parentes

tes ejusdem ac Præceptores, cum ſtudiorum juvenilium ratione, prodit.

III. *Diſſ. Phyſiologico-Medica de* Sanguificatione in corpo- 1684.
re ſemel formato. *Reſpond.* Joh. Salomo Brehme, *Smalcald;* April.
Recuſ. Hall. Magd; typ. Chr. Henck; 1711. pl. 5. IX. a.

IV. *Exercitatio Medico Practica de* Febre Petechiali *ſeu* 1685.
Purpurata. *Reſp.* Joh. Godofr. Schuk, *Plau-variſc; Recuſa cum* Januar.
breviſſimis Animadverſionibus Præſidis. Hall. Magd; lit. Chr. Henck; 1706. pl. 4. VIII. g.

V. *Diſſertatio Epiſtolica ad Tit. Dominum* Johannem Adria- 1692.
num Slevogt, *Med. Ducal. Provinc. & Civitatis Phyſicum famigeratiſ-* Januar.
ſimum, Practicum prudentiſſimum, de Motu Tonico Vitali, *& inde pendente* Motu Sanguinis Particulari, *qua demonſtratur, ſtante circulatione, Sanguinem, & cum eo commeantes Humores, ad quamlibet corporis partem ſpecialem, præ aliis, copioſius dirigi & propelli poſſe. Ex Phænomenis Practicis Clinicis re vetus, deductione novum argumentum. Jen; Sumt. Joh. Jac.* Ehrten. *4t. pl. 4. Recuſa Hall. Magd; lit. Chr. Henck. 1702. paucis mutato ſic Titulo: G. E. Stahlii P. P. Hallenſis (in priore editione Archiater Saxo-vinarienſis dicebatur) Diſſertatio Epiſtolica de* Motu Tonico Vitali, *& hinc dependente* Motu Sanguinis Particulari, *qua demonſtratur ſalva Circulatione Sanguinem & cum eo commeantes Humores ad quamlibet Corporis partem ſpecialem, præ aliis, copioſius dirigi & propelli poſſe. Exarata antehac ad Tit. Dn.* Joh. Adrian. Sleevogt. *hodie Prof. Publ. Jenenſ. Celeberr. nunc denuo cum Commentario impreſſa & Tit. Dn.* Chriſtiano Helvvig, *Med. D. Celeberrimo & apud Uratislav. Practico feliciſſimo, S. R. I. Nat. Cur. Collegæ digniſſimo, dedicata. 4t. pl. 8. I. a.*

In Epiſtola Dedicatoria p. 4. ſtatim deprehendimus Cl. Dn. Stahlium & tunc temporis jam a commercio literarum cum aliis ſubeundo alieniſſimum fuiſſe, quæ difficultas vero cum augeſcentibus annis & laboribus ſolertiſſimi Viri tantum incrementum ſumſit, ut nunc nequidem illas epiſtolas, ad quas tamen vel urbanitas & receptus

inter honeſtos mos vel ægrorum ſalus jure meritoque reſponſum efflagitant, reſponſione dignetur, graviſſimis ſcilicet & copioſiſſimis negotiis obrutus, adeoque etiam ex hoc capite aliquo modo excuſandus; cum præſertim hanc ſuam averſationem iterato teſtatus commerciumque literarium publice rurſus deprecatus ſit in *Vindic. de Schediaſm. ſuis p.* $\frac{3}{175}$

Anno 1687. cum ipſius auſpiciis ad Sereniſſimum Saxonicæ Vinariæ Ducem ſe evocatum narrat p. 37.

Cæterum Cl. noſtrum Autorem in Mechanica non hoſpitem fuiſſe, ſed & olim eidem operam dediſſe, p. 30. ab ipſo aſſeritur, ſpeciatim autem Principiorum Hydraulicorum ab infantia ſua ſufficienter non minus gnarum quam peritum fuiſſe p. 34. indicatur, repetiturve in *Excuſ. reſp. Exam. Puls. Cel. & Frequ. p. 2 cap.* I.

Denique *Diaſceepſis de Natura* p. 31. promittitur, quæ hactenus tamen, quantum equidem novi, lucem nondum vidit, licet deſiderio eam videndi flagrent eruditi, ipſeque hujus ſui promiſſi recordetur Autor in *Diſſ. de Infrequ. Morb. p.* 23. *Th. IV. Disqu. de Med. Med. nec. p.* 44. & *Diſſ. de Febb. Pathol. p.*4.

Cum primus quaſi & fundamentalis Theoriæ ſuæ reſtaurandæ lapis hæcce Diſſertatio ſit, quem ſcilicet publice & ſolenniter poſuit; hinc tanti etiam ſemper eam fecit, ut illius in cæteris ſuis Scriptis creberrime meminerit & Lectores huc remiſerit. Rerum teſtimonia ſi cupias, videſis Progr. de Phyſiolog. ad Pa-
"tholog. &c. confer, p. $\frac{6}{62}$; Diſſ. de Menſ. Mul. Flux; p. 12. de
"Mechan. Mot. Progreſſ. Sangu. Th. II. & VII. de Mot. Hum.
"Spaſm; p. 4. & 6. c. I. & 32. cap. VIII. de Æſtu Mar. Microc. Epiſt. ad
"Frat. p. 1. & in ipſa Diſſ. p. 1. & 5. Th. I. de Pathol. ſalſ. p. 7. de Vſ. Pa-
"troc. p. 21. Sect. II. cap. III. de Fac. Morb. ind; p. 32. cap. V. de Vſ.
"Ped; p. 18. Th. XXXIII. & 28. Th. LVII. Vindic. de Schediaſm. p.
" $\frac{49}{219}$ ubi ſimul ejus ratio & fata reperiuntur; Theor. Med; p $\frac{294}{876}$ & $\frac{301}{883}$
"Diſſ. de Decub. Hum; p. 16. XIV. & denique de Therap. Paſſ. Hy-
"poch. p. 16. § XVI.

1694. VI. *Programma, quo* Vindicias Theoriæ veræ Medicæ
Jun. *a ſuperfluis, alienis, falſis opinionibus & ſuppoſitionibus ex incongrua* Anatomiæ, Chymiæ, *&* Phyſicæ *tractatione & applicatione prognatis,*

prognatis, ut Physiologia positiva *demonstrativa asseratur & stabiliatur, publicis ordinariis Lectionibus & privatis petentium exercitationibus Anatomicis Chymicisque prosequi indicat.*
Primam editionem ipse quidem nondum vidi, nec etiam secundam anni 1705; Recusa autem iterum ann. 1715. cum *Opusc. Chym-Phys. Med;* ubi secundum locum a p. 47. ad 54. occupat.

VII. *Programma, quo Lectionibus publicis ordinariis* Physiologiam Medicam *ad* Pathologiam, Therapiam, & Praxin Clinicam directe conferendam *& Demonstrationibus privatis collegialibus* Anatomiam Anatomiæ, *seu Demonstrationum & Inventionum Anatomicarum seriem & usum, ordiri & prosequi significat.*
Nec hujus primam editionem mihi videre licuit, quin nec secundam anno 1705. factam, tertia autem habetur in *Opusc. Chym-Phys- Med.* & quidem tertio loco a p. 55. ad 64. 1694. Jun.

VIII. *Propemticum inaugurale de* Commotione sanguinis translatoria & eluctatoria. *Recus. lit. Henck. 1704. pl. iß.* 27.
Cur dies Junii 27. Propemtico appositus sit, cum tamen Dissertatio, ut e Titulo illius videtur, die 16. habita sit, quam scilicet Propemticon ordinario præcurrit, alius dijudicet, cum parum ad rem ipsam faciat. Cæterum Mixtio Corporis & Sanguinis, Formalitas Vitæ & Fundamentum Morborum Aetatum nervose hic jam explicantur.

IX. *Diss. inaug. medica de* Mensium Muliebrium Fluxu *s. n.* & Suppressione *p. n. Resp.* Joh. Georg. Brebiß, *Curia-Varisc; Recus. Hal. Magd; lit. Chr. Henck; 1705. pl. 4. XXVIII. g. Nostro recusa idiomate* in Georg Ernst Stahls ausführlichen Abhandlung von den Zufällen und Kranckheiten des Frauenzimmers *N. iii. sub titulo:* Von der weiblichen monatlichen Reinigung natürlicher Flüsse, und wider die Ordnung der Natur lauffenden Verstopffung. 1694. Jun. 16.
Professor ordinarius designatus & Archiater Ducalis Saxo-Vinariensis adhuc vocatur Dn. Autor in frontispicio hujus Dissertationis, ut ita hæcce bina superiora Programmata antecessisse videatur.

X. *Honoris causa inserere hic licebit fratris Cl. nostri Dni Autoris, in Epistola Dedicatoria Dissertationis de* Æstu Maris Microcosmici *tantopere laudati, D. Dris* Georg. Conrad Stahlii, *Med. Elect. Brandenb. Circul. Jerichov; Dissertationem Inauguralem de* Aëris in Praxi Medica usu, *Hal. Magd; ann. 1694. mens. Jul; literis Christoph. Salfeld; exscriptam. pl 2½.*

1695. Apr. 29. XI. *Propempt. inaug. de* Synergia Naturæ in medendo, *Recus. cum sequente mox dissertatione pl. i.*

Prima vice in hoc Propemtico Theoretices Professor Publicus ordinarius vocatur Dn. Autor.

Maj. 6. XII. *Disp. inaug. de* Passionibus Animi Corpus Humanum varie alterantibus. *Resp.* Joh. Jacob. Reich, *Kronvveisenburgo-Palatin; Recus; Hal. Magd. lit. Henck; primum anno rursus autem anno 1719. pl. 2. XV. b.*

Jun. 1. XIII. *Problemata Practica* Febrium Pathologiæ & Therapiæ *luculenter, & quoad fieri potest Demonstrative, evolvendæ, deducendæ & stabiliendæ, fundamenti loco inservientia, quibus Febrium in genere & specie circumstantiæ essentiales, tam inhærentes, quam consequentes, partim etiam antecedentes, ex longa, multa, & sollicita observatione, & propria Experientia pervestigatæ recensentur, ut ex illis Scientifica connexio & causalis Genealogia Febrium efformari possit. Recus. Hal. Magd; 1707. & 1722. pl. 3½. I. g.*

Utilissimi hujus & solidissimi Scripti ratio atque ipsius Autoris propior notitia inprimis e pagina penultima & ultima Præfationis peti poterit, cui jungendæ *Vindic. de Script. p.* $\frac{63}{233}$ Cum autem inter potissima hoc ipse referat sua Scripta Dn. Autor, quivis facile judicabit, non uno in loco huc provocaturum esse Dn. Stahlium: Sic enim Præfationis meminit in *Obss. Chym-Phys-Med. Cur; Mens. Maj;* p. $\frac{553}{683}$, ubi assertum suum p. 3., vix centesimum Medicum de Paroxysmorum statis temporibus secundum horas diei inaudivisse, repetit. Ea autem, quæ de Spontanea & auctocratica sine Medicis reconvalescentia Febricitantium & artificiis in Febribus dicuntur, partim repetuntur partim amplificantur & illustrantur in Diss.

de

de Autocr. Nat; *p.* 29. *Cap. II. de Febb. Pathol. p.* 42. *Th. X. de Febb.* 1695.
Therap. p. 11. *&* 18. *Sect. II. de Feb. Tert*; *p.* 52. *Cap. VI. de Curat. Æquiv*; Jun.
p. 26. *LXI.* ubi potissima de hoc momenta iterato recenset, quod etiam in *Diss. de Method. Mal. Febb*; *p.* 37. *XL.* quasi per compendium fit.

XIV. *Positiones de* Mechanismo Motus Progressivi Sanguinis, *quibus* Motus Tonici Partium Porosarum Necessitas, Utilitas, & Habilitas, *ad Motum Sanguinis, Lymphæ, Seri, particulariter dirigendum, admittendum, vel excludendum, demonstratur, pro futuris usibus Pathologiæ variorem Affectuum, maxime vero Febrium, apodictice evolvendæ. Hal. Magd. recus*; *lit. Henck. 1710. 4t. pl. 4. II. a.*

Notari merentur, quæ Th. IX. de quodam Motu in externo corpore Systaltico & Diastaltico, a Pulsus rythmo & respitatione plane diverso, tradit. Toni explicationem se primum suscepisse non obscure innuit Th. XI. repetens id in *Vindic. de Script.* p. $\frac{24}{196}$ Parodoxon autem, Pulmones organum primarium conservandi Caloris Sanguinis esse, Th. XIV. uberius deducit, quod ante undecim jam annos Auditoribus suis Jenæ proposuerat, & post hæc in *Excus. resp. Exam. Puls*; *p.* 12. *Cap. I. Vindic. de Script. p.* $\frac{25}{197}$ *& Diss. de Feb. per se nunqu. Lethif*; p. 14. XIX.

Promissi nostri memores ea, quæ B. D. *D. Apinus* circa quædam hujus Dissertationis capita monenda habuit, hic inseremus; Sunt autem sequentia:

Celeberrimus Stahlius in Præloquio rejicitconceptus Me-„ dicorum de Spiritibus Vitalibus, de Vita in abstracto considerata,„ de Balsamo vitali, similibusque, & sufficere putat ad Sanguinem a„ putredine conservandum ejusdem Motum progressivum per po-„ rosas Corporis partes & colatoria secretoriaque organa, quem„ Motum in ipsa Dissertatione peragi docet partim & præcipue Pul-„ su, partim ipsarum Partium Tonico Motu seu nisu contractorio.„

Enimvero, si Sanguis proprimiturMotu Partium Tonico, unde,„ quæso hic estTonicus Partium Motus? Si Sanguis Pulsu præcipue,„ Cordis propellitur, unde Cordis Motus? Respondet Cl. Autor,„ non hoc quidem loco sed alibi, a Principio interno, ab Agente,„

„interno

„interno γνώσει prædito, ab Anima, quæ ob certos fines ita vel ita „agit & conſervationi corporis eſt intenta: Sed quid hoc eſt aliud „quam cum receptæ ſententiæ, ab ipſo vero rejectæ, Patronis Vi„tam, Balſamum vitalem, Archæum, Naturam agnoſcere? Et Vita „ſane aptiſſime vocabitnr illud Agens ab effectu, quia fluidas & ſo„lidas Partes Corporis in illo conſervat ſtatu, qui ad vitam eſt ne„ceſſarius, dum Senſum impertit & Motum. Hujusmodi Vita de„bet ſane in Abſtracto conſiderari, quia Deus ipſi Corpori humano „jam ſtructo Animam viventem inſpiravit, & quis non Animam di„ſtinctum quid a corpore agnoſcit? Differunt ſcilicet Vita & Cor„pus ut agens & patiens, ut actuans & actuatum, quæ vero ita dif„ferunt, omnino abſtracte ſunt conſideranda. Nihil itaque a Mo„dernorum ſententia rite explicata differt Cl. Autoris opinio, cui „interim debitæ laudes non ſunt denegandæ, quod ipſe adducto Mo„tu ſuo Tonico modum inſtrumentalem oſtenderit, quo Natura ſo„let uti in proprimendo Sanguine & illius depurationibus Secreto„riis peragendis, clarius ſane quam Recentiorum quisquam huc us„que potuit.

„ An vero Natura præter hunc Motum Tonicum & Pulſorium „inſtrumentalem non alia quoque ratione Corporis ſaluti invigi„let? Ζήτημα eſt novum. Mihi ſane Motus ille ſufficere non vide„tur, ob ſingularia quædam phænomena & producta in Corpore „noſtro emergentia. Quamvis enim Chyloſeos & Hæmatoſeos „negocium aliquo modo conceptibile nobis reddere allaborent, „non tamen ſatisfacere poſſunt animo ſciendi avido. Eſto quod in „Chylificatione a Fluido Salivali & Gaſtrico ex alimentis eliciantur „partes oleoſæ mucilaginoſæ, ſalinæ item ſolubiles, quod ex ha„rum ſuperficiaria cum Diſſolvente ſuo miſcela oriatur liquor e„mulſivus; niſi amplius quid Chylo in primis hiſce viis contige„rit, nunquam perfecte exaltabitur. Num enim poſſibile Chylum „hujusmodi eousque ſolo motu exaltare, ut in Sanguinem abeat „rubicundum? Lac enim agitatum faceſſit non niſi in Serum & Bu„tyrum: Quid vero lac eſt aliud quam portio Chyli? Porro Chy„lus qua Chylus, Sanguis qua Sanguis, per ſolum Motum incale„ſcere non ſunt apta; Licet enim agitatus a lanione ſanguis ſuil„lus tenuitatem quidem ſuam conſervet, amittit tamen ſucceſſive „calorem. Calor itaque non a ſolo Motu, ſed ab alia quadam

nondum

nondum nominata nec satis expressa, causa, nimirum a Princi-,, pio interno luminoso, Solis ad instar calorem suum diffunden-,, te. Alio quoque argumento apparet præter Motum aliter quo-,, que concurrere Naturam ad Chylificationis negocium: Sive enim,, Sanguis sive Chylus destillationi committatur, nancisceris Sal vo-,, latile: Chylus itaque & Sanguis eo per Digestiones disponuntur,,, ut Salis Volatilis copiam non exiguam fundant; Sed Motus id,, præstare nequit; Quomodo enim tam brevi temporis spatio res,, ad Fermentationem potius pronæ & ad Spiritum Sulphureum in-,, flammabilem suppeditandum magis aptæ solo Motu eousque ex-,, altari possint non video, cum Arti difficillimum sit, & vix post,, tædiosissimos labores possibile, Sal Volatile elicere, præsertim ex,, oleosis, difficillime, ne per ignem quidem, destructibilibus.,, Certe si homo pane solo nutritus & non nisi aqua potus, cujus-,, modi alimentum proclivius sane est ad Fermentationem Spiritus,, inflammabilis productricem, quam ad alteram illam mutationem,,, qua in Salis Volatilis naturam transire cogitur, nihilominus San-,, guinem habet iisdem conditionibus præditum, & non minus Sale,, volatili fœtum; concludo hinc, peculiarem Alimenti in ipso fa-,, ctam transmutationem, quod Motus intra tam breve tempus per-,, ficere non potest; sed sine dubio Anima instructa est hujusmodi,, potentiis & Fermentis Salinis, quibus mediantibus transmuta-,, tiones necessarias peragit, adeoque mera somnia ac lusus non,, sunt, quæ de Balsamo Vitali Helmontius aliique adducunt. The-,, si xvii. Vitam ita definit Autor: Quod sit Conservatio Mixtionis,, summe corruptibilis inter media corruptionis organa, sine ullo,, tamen materiali concursu aut Mixtionis alteratione in pontentia,, corruptionis a causa seu Principio, quod corpori intrinsecum exi-,, stit, proficiscens. Hac in Definitione illa verba: *Sine ullo mate-*,, *riali concursu* maxima difficultate laborare mihi videntur; ob ra-,, tiones modo allatas. Ingens enim Postulatum est, Calorem *oriri*,, solo attritu, licet fatendum Motu calorem *excitari*. Difficulter,, etiam probabitur, solo Motu intra tam breve spatium temporis,, tam insignem Alimentis mutationem contingere posse, ut e fixis,, fiant volatilia, &, si non actu, saltem potentia proxima in natu-,, ram Salis volatilis abeant, levi scilicet ignis administratione eo,, deducenda. Deinde si Vita est nihil aliud quam effectus propres-,,

B sorii,,

„ſorii & circulatorii colatoriique Sanguinis Motus, quomodo pot-
„eſt illa ſuperſtes eſſe in particula Corporis, imo Cordis, reſciſſa,
„quam per notabile adhuc tempus palpitare conſpicimus, ut ut
„nihil ſanguinis ad illam particulam amplius deducatur, vel per il-
„lam prematur? Quod Vir Celeberrimus ipſe agnoſcit in Propem-
„ptico quodam Inaugurali: Patet igitur hinc, cuilibet, etiam mi-
„nimæ, particulæ Corporis viventis ineſſe vitam, unde Senſus &
„Motus. Hanc autem Vitam ille vocat Animam, & ſic revera ab
„aliis non diſſentit.

„Sub finem Diſſertationis *Spiritus Vit-animales* denuo exagitat,
„dicendo, quod ſi ipſi dirigerent Mechaniſmum, deberent eſſe
„notitia inſtructi agendorum ob ſpeciales circumſtantias ratione
„gradus, temporis, & ſelectus juſti organi; Qua in re omnino ſic
„ſtatuendum videtur: Aut enim repudiandi ſunt Spiritus, (ſi nihil
„intelligas aliud per Spiritus quam ſubtiliſſima corpuſcula;) aut,
„ſi ſunt admittendi, tales eſſe debebunt. Hujusmodi vero Spiri-
„tus ille complectitur ſub Animæ nomine, Helmontius ſub Ar-
„chæi complexu.

„Ad ſuperius notata & hoc animadvertendum: Fibras Mu-
„ſculares jam defuncto Corpore ad rigorem uſque tendi; Unde
„illa tenſio, niſi a Vita aliquali quaſi reſidua? Iterum, ſi Vitalitas
„Sanguinis & ejus conſervatio ſunt a Motu Sanguinis progreſſo-
„rio, quomodo alimenta Corruptioni valde obnoxia non cor-
„rumpuntur in ventriculo, ubi tamen propter loci caliditatem
„tanto facilior eſſet corruptio? Corrumperentur certe, niſi Spiri-
„tu Vitali Balſamico condirentur. In ſtatu autem præternaturali,
„quando Fermentum illud Stomachicum eſt depravatum, quæ non
„oriuntur in Ventriculo crudidates, modo acidæ, modo bilioſæ
„& nidoroſæ, pro Subjectorum diverſitate? Unde hæc corruptio?
„Num a ceſſante Motu? Non videtur; Ventriculus enim in caſu
„ſatis convellitur, ut docent Cardialgica & Vomitoria illius mo-
„limina, & ideo indigeſta in ventriculo ſaburra nihilo magis ad
„genium redit. Num illa corruptio fit neceſſitate Materiæ? at ex-
„tra corpus alimenta longe aliam ſub corruptione faciem induunt.
„Et cur illa indigeſta ſemiputrida ad indolem redeunt uſurpatis
„probatis Stomachicis, ut eſt Cortex noſter antifebrilis, item
„Spiritus Sulphuris Philoſophicus. „ Hactenus *Apinus*, cujus de

Prin-

Principio Vitali sententia uberius exponitur in Dissertationibus suis V. Altdorfi olim habitis & *Fasciculo* ejusdem *Dissertationum Academicarum* a digno Patris filio collecto insertis, qui octava prodiit forma *Altdorfi* liter. Jod. Guil. Kohlesii. 1718.

Inserendum hic videtur Progr. Isagog. generale de *Theoria Motica a Speculationibus aliis repurganda*, cujus in Catalogo Scriptorum a Profess. in Acad. Frid. editorum mentio fit, videndi autem copiam mihi sors nondum fecit.

XV. *Positiones de* Æstu Maris Microcosmi, *seu* Fluxu *&* Refluxu Sanguinis, *tum in pluribus aliis luculentis exemplis, tum præcipue in* Paroxysmo Febrili Tertianario, *manifesto in sensus incurrente; mediante vero* Motu Tonico Partium Porosarum, *ut præcipuo Organismo, in effectum deduci solito: Ad* Motus Sanguinis Tonici *veritatem, & communissimam utilitatem, seu solennem & frequentissimum usum, ulterius illustrandum,* Febrium *vero* Pathologiæ Fundamentum, *digito designandum. Recus. Hal. Magd; lit. Chr. Henck; Acad. Typ; 1704. 4t. pl. 6. III. a. Germanico differunt idiomate hæ Positiones, omissis tamen Præloquiis,* in Georg Ernst Stahls ausführlicher Abhandlung von den Zufällen und Kranckheiten des Frauenzimmers, *sequenti Titulo:* Von dem zur Erhaltung des Lebens unentbehrlichem Motu Tonico, und einer dahero rührenden und von dem Pulß unterschiedenen Bewegung des Geblütes rc. 1696. Jan.

Fratri suo, D. *Georg. Conr. Stahlio*, Archiatro Vinariensi, has suas inscripsit Positiones Autor, quem ob Matheseos ac Mechanices notitiam non vulgarem multum laudat. Ante triennium jam etiam conscriptas indicat, unde illas in *Posit. de Mechan. Mot. Progr. Sangu.* Th: vii. jam promisit.

Quæ circa quædam hujus Scripti capita *B. Apino* monenda visa sint, sequentia ejus explicabunt verba:

„ In hujus Dissertationis Th. vi. de Agente Interno ita mentem suam explicat Cl. Autor: Eadem est Anima, quæ & rationaliter & vitaliter agit. Et hoc documento fuit priscis Medicis, quod una illa Anima utrumque hoc agat. Quæ mihi iterum du-

 riora,„

„riora videntur; Imo videtur ipse Dn. Autor sibi contradicere in „ejusdem Dissertationis principio, Thesi I. p. 3., his verbis: Vitalis „est hic Motus, (addo ego Spontaneus, non voluntatis nostræ, „non arbitrii) ejusque tam conservatio quam remissio nobis ne co- „gitantibus fiunt. Alias enim pro Luxatione reponenda eundem „voluntarie remittere posse, in Paralysi vero intendere pro arbi- „trio, optabilis omnino res! integrum foret. Sic in Spasmo ni- „mium tensis fibris, ut ut quam maxime velimus, relaxare tamen „Tonum non licet. Quæ duæ assertiones, quarum posterior ve- „rissima est, quomodo juxta invicem consistere possint ego non „video.

„Thesi viii. disquirit Autor an Rigor Febrilis sit passivus mere, „an vero potiùs aliquid Activum, ad certos Scopos directum? Et „stat pro posterioris affirmativa, docens, Rigorem in eum finem „fieri, ut Mucus viscidus parietibus Ventriculi adhærescens, retro- „pulso ad interiora latice, tanto faciliùs deliquetur; Contrahi enim „Rigore Corporis habitum, & ita ad interiora Sanguinem colligi, „ut copiosiùs dein per Intestinorum parietes humiditas eliquans & „emolliens lubricansque extillet, qua mediante humiditate dein „nauseosum illud contentum Ventriculi ad excretionem vel per su- „periora vel per inferiora disponatur. Objectiones jamdum ali- „quot contra hanc sententiam sunt propositæ in notis ad Mensem „Novembrem de Arsenico Antifebrili: Addimus nunc alias:

1. „Plurimi sunt Tertianarii, qui in Paroxysmo nec vomunt, „nec alvum deponunt; Et si qui per alvum deponunt, iis contin- „git, qui debitum circa Sudorem regimen in Declinatione Paro- „xysmi non observant. In his itaque non videtur facta esse talis „collectio & congestio, alioquin post Rigorem necessario in omni- „bus, saltem plerisque, deberet sequi vel Vomitus vel Alvi flu- „xus.

2. „Ut ut reliqui Tertianarii omnibus Paroxysmis vomant, „nihilo tamen inde remittit Febris, certissimo indicio, quod reji- „citur, non fuisse Causam Febris vel occasionem illius, sed potiùs „Productum aliquod vitiosæ Digestionis.

3. „Id, quod vomitu rejiciunt, est liquamen acre biliosum; „sed num tale ab habitu Corporis deducendum? Nec est quod di- „cas, admisceri Bilem Hepaticam: Vera enim hujusmodi bilis non

„reji-

rejicitur; Et si rejiceretur, pessimo fieret Naturæ Consilio.,, Num credibile, id omne veram Bilem esse, quod tot ejicitur,, Paroxysmis in tanta copia, ut facile aliquot libras expleat &,, æquet?,,

4. Diarrhœam vero torminosam in Declinatione Paroxysmi,,, & diebus quoque a Febre vacuis, ego deduco a neglectiori sudo-,, ris regimine & cohibita Transpiratione, unde latex vaporosus ab,, habitu Corporis ad Glandulas Intestinales fertur, & colliquatæ,, quædam sub æstu Lymphæ portio per alvum expellitur.,,

5. Testatur Experientia, ipso fatente Dno. Stahlio, quod,, primis tribus Paroxysmis nihil notatu dignum Natura proficiat,, suis moliminibus, ut ut Vomitus optime succedat: *Quando au-,, tem post quartum & sequentes Paroxysmos prodit primo Udor, & magis ma-,, gisque in Sudorem augescit, tunc sensibile levamen sentit æger, & decrescunt,, sequentes Paroxysmi, quo magis Sudor hic prudenter regitur,* quæ sunt,, ipsissima verba Stahlii. Nonne hinc concludi potest rationabili-,, ter, Naturam longe aliud quid intendere quam Vomitum, & ad,, hunc non nisi invitam & coactam inclinare, primariam vero il-,, lius intentionem esse, nauseosum illud Ventriculo inhærens, si,, modo fieri possit, successive mediis naturalibus alias consuetis,,, Digestionibus scilicet ordinariis, ad frugem & indolem meliorem,, reducere, quod fit consumtione & extenuatione, extenuatique,, per sudorem exclusione, aut, si pori cutanei sint occlusi, ejus-,, dem excretione vicaria per alvum?,,

6. Probabile valde est, in Rigore parciorem esse Sanguinis,, ad Ventriculum & Intestina appulsum, I. propter sitim, quæ in,, rigore affligit, II. propter siccitatem oris in Paroxysmo Febrili &,, statione ejus frigida semper præsentem, ut ipse Cl. Autor fatetur;,, III. quia sine dubio durante Rigore Febrili ipsæ etiam Fibræ Inte-,, stinales & Ventriculi sunt in statu contractionis, & Sanguinem,, cum Lympha potius excludere paratæ, quam vel admitterent vel,, invitarent. Credibile etiam, in Rigore non minus contrahi vel,, concuti ipsa Interiora, unde etiam notum, quod Lochiorum &,, Mensium fluxus in Rigore Febrili superveniente illico sistatur. Re-,, primuntque potius, quam admittunt, Sanguinem Ventriculus &,, Intestina in Rigore febrili: Retropellitur quidem ad Interiora,, Sanguis, sed non ad Ventriculum, verum potius ad Vasa majora,,

 circa,,

„circa Cor, & dextrum imprimis ejus Ventriculum, ſuntque re-
„ſpectu hujus quaſi Centri reliquæ Corporis Partes omnes, ſive
„magis externæ ſive internæ, tanquam exteriores conſiderandæ.
„Si dicas, unde ergo Vomitus copioſus in Paraxoxyſmo? Reſpon-
„deo, e ſaburra vitioſa tanquam Producto vitioſæ Digeſtionis,
„quod Natura mediante contractione fibrarum omnino utilem in
„finem, quoties opus eſt, rejicere ſatagit, & hanc rejectionem
„antecedit mediate copioſus Salivæ fluxus, relaxationem potius
„Toni quam ejus adſtrictionem ſupponens. Videtur hinc ſequi,
„tum demum copioſiorem Humiditatem ad Ventriculum & Inte-
„ſtina colligi, quando ſuperveniente calore laxantur pori parie-
„tum Inteſtinalium, unde criticæ illæ alvi excretiones.

„Si tamen rem penitus excutiamus, apparebit, dum Sanguis
„ad Vaſa majora Venoſa, præcipue circa Cor, colligitur, & per
„Arterias impeditius excurrit, propter impedimentum aucti Toni-
„ci Motus in Rigore, debere alicubi in Corpore ſecedere ab eo
„Lympham tenuiorem & fluidiorem; Ubi autem ſecedet niſi in po-
„ris Partium internarum? At hæ ex ſuppoſito ſtrictæ ſunt pariter:
„Itaque neceſſario ſtagnabit Serum ante portas & ad oſtia Partium
„ſeu Glandularum excretoriarum, ubi primum relaxabitur Tonus
„illarum, Ventriculi & Inteſtini, ocyus admittendum. At hoc non
„fit in Rigore, ſed in altero morbi ſtadio, in Æſtu potius: Unde
„etiam Sitis plerumque remittit, & Siccitas tum Interiorum tum in
„Habitu Corporis ſuperatur, ibi alvi fluxu, hic ſudore, ſucceden-
„te. Non negaverim, Naturam in Rigore agere potius quam pa-
„ti. Rigor enim eſt Toni intenſio, Toni vero intenſio eſt Actio.
„Sed id controvertitur, An hæc Actio ſit aliquid Corpori ſalutare,
„an in uſum Corporis directum, an potius in detrimentum ipſius
„ſaltem aliquale vergens? Ut vix eſt dubium, cum Sanguinis Mo-
„tum ad notabile tempus ſuſpendat quaſi & periculoſas in corpore
„turbas cieat, ita ut quidam in Rigore Febrium ſint mortui. Præ-
„cipue ſi eadem Tonica conſtrictio Viſcera quoque interiora cor-
„ripiat, uti certiſſime & evidentiſſime fit, quidnam utilitatis per-
„cipiet nauſeoſum illud Ventriculo inhærens, cum effectus ille ab
„Autore ſuppoſitus hac ratione nequidem conſequi poſſit? Natura
„igitur agit quidem in Rigore; ſed depravate, perverſe, tumul-
„tuarie, coacta, irritata, contra conſuetum Naturæ ordinem.

„Con-

Concedo etiam quod agat ex Intentione, actione quasi morali;,, sed nititur illa intentio Præjudicio, quasi sibi hac ratione optime,, consuleret, cum nihil minus, hoc vero, consequatur: scilicet,, ut Intellectus noster sæpissime fallitur, qui tamen altero illo Agen-,, te est nobilior; ita Anima quoque nostra Sensitiva non raro loco,, salutis exitium sibi machinatur, & multa agit desperabunda, tre-,, pidans, ac multa cum confusione, quo pertinere mihi etiam vi-,, detur Rigor febrilis. At altera illa Actio, dum Sanguis ab in-,, terioribus extrorsum pellitur, simulque Motus Tonicus & in ha-,, bitu Corporis & interioribus Visceribus atque colatoriis Organis,, laxatur, illa finem utilem & scopum hunc certissimum spectat,,, ut Fermentum febrile per loca excretoria convenientia dissipetur,, & eliminetur. Nec aliud contingit in quovis etiam Terrore, ibi,, enim similiter trepidans Natura sine necessitate ad Interiora colli-,, git Sanguinem, nec hac ratione sibi consulit, sed plurima mala,, conciliat, Palpitationem Cordis, animi deliquium, mortis quasi,, prodromum.,,

XVI. *Diss.* Medico-Practica *de* Autocratia Naturæ *sive* Spontanea Morborum excussione & Convalescentia. *Resp.* Joh. Albrecht Lasius, Goslariensis. *Recus. Hal. Magd; lit. Chr. Henck; 4t. pl. 6. XXII. b.* 1696. Septbr.

Vid. *Vindic. de Script;* p. $\frac{52}{222}$ ubi simul finis hujus laboris indicatur.

XVII. *Inserendum rursus hic videtur Progr. Isagog. de* Natura ut Subjecto Physiologiæ *&* Superfluis Anatomicis; *quod itidem in supra citato Catalogo Script. a Prof. Acad-Frid. editorum inveni, ipsum autem acquirere hactenus nequivi.*

XVIII. Zymotechnia fundamentalis *seu* Fermentationis Theoria Generalis, *qua nobilissimæ hujus Artis, & Partis Chymiæ, utilissimæ atque subtilissimæ, Causæ & effectus in genere, ex ipsis Mechanico-Physicis principiis summo studio eruuntur, simulque Experimentum novum* Sulphur verum arte producendi, *& alia utilia Experimenta atque Observata, inseruntur. Typ. & Sumt. Christoph. Salfeldii, Regii Elect. Brandenb. Typogr. 1697. 8.*

pl.

pl. 12½. Recuſ. 1715. cum Opuſc. Chym-Phyſ-Med; in quo quartum occupat locum, & quidem a p. 65. ad 194.

Generali huic Theoriæ *ſpecialem Hiſtoriam & Theoriam* ſucceſſuram Autor quidem in fine Præf. p. 9. ut & p. $\frac{33}{90}$ Cap. v. nec non in fine operis p. $\frac{400}{194}$ Cap. xxi. ſpem fecerat, ſed ea hactenus, quantum equidem novi, nondum impleta. Ut tamen adhuc fiat, mecum plures alii ardenter optant, qui Generalem hanc Partem, rebus jucundiſſimis pariter ac utiliſſimis & ſolidiſſimis undique abundantem, perluſtrarunt.

1697. Febr. 3. XIX. *Diſp. Inaug. Medica de* Morbo Retrogrado. *Reſp.* Joh. Lindemann, *Lubecenſ; typ. Chriſtoph. Andr. Zeitler; pl. 3½.*

Subjuncta eſt *Epiſtola* Dni Præſidis ad Autorem hujus Diſſertationis, in qua tum generatim Autoris induſtriam & eruditionem, tum ſpeciatim hunc ejus laborem, multum laudat, ut proinde etiam de ſuis aliquid addere non neceſſarium duxerit. Et ſane non a Cl. Dn. Stahlio, ſed alio, conſcriptam hanc eſſe, quilibet e differente a Stahlii ſtylo ac methodo tractandi facile augurabitur; licet cæterum Præſidis laude utique digniſſima ſit, nec immerito ab *Hulderico Pelargo* in ſuis *Obſervationibus Clinicis p. 50.* deprædicetur & lectioni diligentiori, ob inſignem exinde in Praxi obtinendum uſum, commendetur.

April. XX. *Diſſert. Medica, qua* Temperamenta Phyſiologico-Phyſiognomico-Pathologico-Mechanice *enucleantur. Reſp.* Chriſtian. Albert. Richter, *Sorav-Luſ; Recuſ. Hal. Magd. lit. Chriſt. Henck; 1707. & 1708. pl. 6. VIII. a. In noſtram vernaculam autem translata ſub hoc Titulo:* Neu verbeſſerte Lehre von den Temperamenten, aus dem Lateiniſchen in das Teutſche überſetzet und wegen ihres herrlichen Nutzens zum Druck befördert von *D.* Gottfried Heinrich Ulau. Leipzig bey Caſp. Jac. Eyſeln, 1716. 8. *Recuſ. cum* Herrn Georg Ernſt Stahls aus dem Lateiniſchen überſetzter *Medicini*ſcher Schrifften erſten Theil, *ubi agmen ducit, & rurſus ibidem 1723. ſub Titulo:* Herrn Georg

Ernst Stahls, Königl. Preuß. Leib-*Medici* und Hof-Raths 1697.
neu verbesserte Lehre von den Temperamenten. Welche bey dieser neuen Auflage mit dem zweyten Theile, der von Veränderung der Temperamenten handelt, vermehret worden. Mit Königl. Pohln. und Churfl. Sächs. allergnäd. *Privilegio.* Leipzig bey Caspar Jacob Eysseln. 8. *pl. xiij.*

XXI. *Diss. Med;* *de* Motibus Humorum Spasmodicis a Maj.
Motu Pulsus ordinarii diversis. *Resp.* Georgius Daniel Coschvvititius, *Connitza-Prussus. Recus. Hal. Magd; lit. Chr. Henck; 1707. pl. 7. VI. a.*

Promissa hæc jam Dissertatio in *Diss. de Autocrat. Nat; p.* 40. *Cap. III.* Mentio etiam ejus fit in plurimis aliis, præsertim autem de *VS. Patroc; p.* 27. *Sect. II. Cap. V.* ubi duos ante annos scripta nostra dicitur Dissertatio, licet annus tantum cum mense inter hanc & illam elapsus sit; Et denique in *Vindic. de Script;* p. $\frac{51.}{221.}$ $\frac{52.}{222.}$ & $\frac{59}{229}$, ubi prolixius de hoc suo labore agit.

XXII. *Diss. Medica de* Impotentia Virili. *Responsurus Autor* Benjamin Evvaldt, *Dantisc; Hal; Typ. Christoph. Salfeld; pl.* $2\frac{1}{2}$.

Huic quidem Dissertationi præfuisse, illam tamen non elaborasse, Dn. Stahlium, tum ex universa ejus Ætiologia, Spiritus in auxilium vocante; tum e Medicamentis; tum denique e copiosis Autorum collectaneis patescit, cum omnia hæcce a solita Stahlii Methodo devient. *Epistola* autem, in fine Dissertationis annexa, Stahlii est.

XXIII. *Observationum Chymico-Physico-Medicarum Curiosarum, Mensibus singulis bono cum Deo continuandarum, Mensis 1mus, Nativitate Principis Potentissimi & Inauguratione Academiæ solennis,* Julius, *sistens* Experimentum Novum, verum Sulphur arte producendi, *illustratum & demonstratum. Francof. & Lips; impr. Georg. Heinr. Müller, Typ. Erfurt. 8. pl. 4. Recus. cum Op. Chym-Phys-Med; Hal. 1715. ubi locum decimum sextum a pag. 299. ad 333. occupat.*

1697. Commentarium hunc quasi esse in *Zymotechnia Cap. xii.* & ea quidem, quæ p. $\frac{116.}{142.}$ & seqq. habentur, supra jam monuimus. Quemadmodum ipse etiam Dominus Autor hæc occasionem dedisse asserit in *Præf. p.* $\frac{5.}{302.}$ Primum etiam se & solum, nullo alio præmonstrante, Experimentum hocce observasse ibidem affirmat, imo bona conscientia se dicere posse, neminem se novisse, qui id pariter sciverit, p. $\frac{19.}{311.}$ adstruit. Loquitur hæc scilicet adversariis, illud vix in lucem editum non uno sed variis accessibus concutientibus, ut in *Præf.* p. $\frac{5.}{302.}$ ait, quos etiam ulterius p. $\frac{34.}{320.}$ Cap. V. reprehendit, litem autem tum in *Specim. Becher; p.* 107. *tum* in **Gedancken vom Schwefel** *p.* 76. repetit, ubi simul fata hujus experimenti & sua de illo Scripta fusius enarrat: Inventionis autem gloriam rursus sibi vendicat **im Bedencken über Bechers Natur-kündigung der Metallen** *p.* 49. 116. 441. ubi repetito ejus meminit; nec penitus **im Beweiß vom Wesen der Saltze** silet *p.* 17. 213. Cum etiam tractationes ejus & stylus quam sæpissime obscuritatis arguantur, querelæ huic solidissimis pariter ac verissimis obviam venit argumentis p. $\frac{22.}{212.}$ Cap. II. quod porro etiam facit in *Pr. de Diff. Rat. & Ratioc; p. 2. Obs. de Divis. & Diffiss. diff; p.* $\frac{65.}{238.}$ *§. 2. Specim. Bech; p. 1. Præf.* **Bedencken vom Schwefel**; *p. 32. Sciamach; p. 5. Præf.* Quodsi pace clarissimi nostri Autoris dicere liceat meam circa hoc momentum sententiam, non parum ad politissimorum ejus Scriptorum difficilem lectionem, & hinc ortam iniquam obscuritatis imputationem, facere puto Distinctionum, Commatum nempe, Punctorum & sim; Periodorum item & Paragraphorum, peculiaris & a communi non parum devians modus; quæ tamen in Parenthesi & cum debita veneratione dicta velim.

XXIV. *Obss. Chym-Phys-Med: curiosarum, Mensibus singulis bono cum Deo continuandarum*, Mensis secundus, *nativ. Princ. & Inaug. Acad. solennis*, Augustus, *sistens* Spiritus Vitrioli Volatilis in Copia parandi Fundamentum & Experimentum. *Frf. & Lips; impr. G. H. Müller, Typ. Erffurt; 8. pl. 3. Recus. cum Op.*

Chym.

Chym-Phys-Med; Hal; anno 1715, decimum septimum, a p. 333. ad p. 361, occupans locum. 1697.

Promisit cæterum hunc Mensem in Mense Jul. p. $\frac{53}{339}$. Cap. vii. §. penult;

XXV. *Obss. Chymico-Physico-Medic. Cur; Mensibus singulis cum bono Deo continuandarum. Mensis* Tertius, Septembris, *sistens* e Bolo Communi Pigmentario Mineram Ferri splendidissimam copiose progignendi. *Frf. & Lips; impr. G. H. Müller; Typ. Erff; 8. pl. 4. Recus. cum Op. Chym-Phys-Med; Hal. 1715. loco XVIIImo, a p. 361. ad p. 397.*

XXVI. *Obss. Chym-Phys-Med. Cur;* M*ensis* Quartus, October, *commendans* Concentrationem *sive* Dephlegmationem Vini aliorumque Fermentatorum & Salinorum liquorum, salvis universis eorundem viribus. *Frf. & Lips; impr. G. H.* M*üller, Typogr. Erff; 8. pl. 4. Recus. cum Op. Chym-Phys-*M*ed; Hal. 1715. loco XIXmo. a p. 398. ad p. 492.*

XXVII. *Obss. Chym-Phys-* Medic. *Cur;* M*ensis* Quintus, November, *quo sistitur* Anchiater, *seu* Venenum pro Remedio venditum, Febrifugum nequissimum. *Frf. & Lips; impr. G. H.* M*üller, Typogr. Erff. 8. pl. 6. Recus. cum Op. Chym-Phys-*M*ed; Hal. 1715. loco XXmo, a p. 420. ad 480.*

Qua circumspectione in Medicamentorum minus notorum exhibitione utatur Dominus Autor, ipse p. $\frac{229}{435}$. Cap. I. refert, videsis cæterum quæ Cl. *Apinus* ad hunc Mensem moneat:

Ultimo Capite Theoriam & Praxin Febris Tertianæ sibi præ-,, aliis placentem adducit Cl. Autor, & Rigorem quidem ideo fieri,, contendit, quod Natura, hostile quid & nauseosum in Ventricu-,, lo aut Ventriculi vicinia sentiens, sentiat opus esse Congestio-,, ne Humiditatis Lymphaticæ ad Ventriculum & Intestina, cujus,, gratia Rigor ille instituatur, ad comprimendum scilicet & co-,, arctandum Corporis Habitum, & sic reprimendum versus Inte-,, riora Sanguinem. Estque hic Rigor ipsi non aliquid mere præ-,,

„ternaturale, ſed potius utilis & ad certum finem tendens Natu-
1697. „ræ conatus, quod mihi tamen videtur ſecus.

„1mo enim ſufficiens adeſt in Ventriculo humiditas, & ex „glandulis copioſe ſatis ſtillat, ut non videatur opus majori con- „geſtione.

„2.) Ordinarie poſt paſtum incaleſcimus potius quam Rigore „tentamur, ut ut tum ſine dubio copioſior humiditas ad Ven- „triculum feratur.

„3.) Nihil levaminis ſentiunt ægri, ut ut poſt Rigorem cre- „bris vomitionibus exerceantur, quod tamen deberet fieri ſi per „illam viam fomes febrilis deberet excuti.

„4.) Rigor etiam ex aliis cauſis incidit, v. g. è Terrore: „Quem autem in finem Natura hic conſtringit Habitum Corpo- „ris exteriorem? An ut ſibi exitium paret, Anguſtias circa Cor, „Lypothymias, Palpitationes Cordis? Scilicet coacta officium „ſuum & quaſi deterrita deſerit in externis, & tunc circa Interio- „ra anguſtiæ illæ & turbæ Circularis Sanguinis Motus oriuntur. „Fortaſſis igitur etiam in Paroxyſmo febrili non intentata aut „cum intentione ſuſcepta eſt illa obrigeſcentia, ſed coacta Natura „occaſione nauſeoſi objecti in Ventriculo præſentis exteriorem „quaſi Corporis Habitum negligit, unde Frigoris ibi Senſus, & „ad Interiora ſe recipit; mox autem vires & animum colligens „vitali ſua expanſione denuo totum colluſtrat corpus.

„Vel Mechanice ita Rigorem concipiemus: Quando Ven- „triculi admodum ſenſibile Syſtema ab aura fermentali febrili affi- „citur & in Tono ſuo adſtringitur, quod fieri docet Cardialgia, „eructatorii illius Motus, Conſtrictio Præcordiorum: Tunc per „conſenſum afficitur univerſus Habitus Corporeus & in Tono ſi- „militer conſtringitur, unde etiam, qui Rigore illo tentantur, „frigus in ipſis Præcordiis queruntur. Eadem ratione, qua Ri- „gor Mictioni interdum, vel Partui, vel criticæ alicui excretio- „ni, item Calculo, ſupervenit & adjungitur, & quemadmodum „aquæ frigidæ alicubi aſperſæ Horripilatio per univerſum Cor- „pus ſuccedit, item poſt Potum frigidum Habitus cutaneus an- „tea plenus ſubito concidit & cutis anſerina, ceu loquuntur, „ſubſequitur.

XXVIII.

XXVIII. *Diss. Medico - Pathologica de* Infrequentia Morborum Personali, *sive* quod singuli Homines raris & paucis Morbis laborent. *A. & R.* Hermann Paulus Juch, *Erphordiensis. Recus. Hal. Magd; lit. Chr. Henck; Acad. Typ; 1710. pl. 3½. Vl. b.* 1697. Novbr. 10.

Hanc rem a se forte primo, inter numerosissimos Theoreticos atque Practicos, pro negocio haud exigui momenti agnosci & pro uno e fundamentis Pathologiæ veræ recenseri asserit Cl. Autor p. 5. in *fine Præfationis;* Hoc repetit in *Med. Med. nec; p. 9.* ubi neminem se scire inquit, qui ante illum de Infrequentia Morborum attente aliquid monendum duxerit, ut & in Vindic. de Script; p. 22/194. Est inde, quod creberrime ad hanc suam Dissertationem provocet Autor, nempe in *Pr. de Cephalalg. Iliaco-Hæm; p. 2: de Pathol. sals; p. 7: Diss. de Fundam. Theor. Med; p. 30. & 32. Cap. IV,* ubi similiter Theorema hoc antehac inauditum & minime tam prolixe a se pertractatum ac evolutum asserit, quam multiplicibus inductionibus utique fieri possit; *Diss. de Inf. Affect; p. 4. in Procem: de Frequ. Morb. p. 5. Procem; p. 4. Th. II. & p. 5. Th. III,* ubi hoc maxime argumento Pathologiæ vulgatæ defectus & offendicula se designasse ait; *de Hæredit. Dispos; p. 35. §. LVI,* ubi fusius eandem hanc Materiam repetit, & causam etiam ulterius explicat; *p. 7. Procem; Vindic; de Script; p. 52/222,* ubi itidem inauditum in Thesi, Hypothesibus autem Recentioris Pathologiæ Salsæ atque simpliciter materialis etiam intolerandum, vocat Thema; *Theor. Med; p. 9/391. Diss. de Anim. Morb; p. 3. Procem: de Cachex. p. 9. Th. VI: de Min. Mal. Med; p. 11. Th. IX: de Parad. Med; p. 30. XXXII: de Decub. Hum; p. 15. XIII;* ubi minime se erubescere dicit, hanc Dissertationem seriæ, solerti, sed simul etiam Praxeos bene peritæ, considerationi commendare: *de Sciagr. Pathol; p. 38. Th. LXV: de Proport. Hum. ad Mot; p. 20. §. XXVI: de Complic. Morb; p. 5. Procem;*

XXIX. *Obss. Chym-Phys-Med. Cur. Mensis Sextus,* December, Reguli Antimonii Stellati Enchirises & Rationes, ut & quædam de Regulis Metallicis peculiaria exponens. *Frf. & Lips;*

1697. *impr. G. H. Müller, Typogr. Erff. 5. pl. 3. Recuſ. Hal. Magd. 1715. cum Op. Chym-Phyſ-Med; loco XXImo, a p. 481. ad p. 508.*

Neminem ſe noſſe, qui enchiriſeos hujus & obſervationis prærogativam hactenus promeruerit, niſi quod ipſe ante quindecim jam annos & per hoc ipſum tempus huc uſque numeroſis Chymico-Philiatris illud & monſtraverit & explicuerit, affirmat p. $\frac{311.}{484.}$ Prolixiorem Tractationem de omnibus circumſtantiis & diverſitatibus Operationum, Rationum, Effectuum & Eventuum, promittit p. $\frac{313.}{485.}$ Quæan & ubi hactenus lucem viderit non equidem novi, ut adeo Syllabum rerum a Dn. Autore promiſſarum augere poſſit Autor *Præfationis* den Gedancken von Verbeſſerung der Metallen *præmiſſæ.*

Propriis experimentis inniti & aliorum difficiliora potius elucidare, aut ad promtiorem effectum diſponere, quam e difficilibus aut plane dubiis, quin incertis, veritatem demonſtrare aut opinionibus ſuis patrocinium quærere mavult ibid;

Ad omnem vanam pompam evertendam potius quam ducendam natus ſibi videtur Cl. Autor p. $\frac{350.}{508.}$ Cap. ix.

Tandem *Philaletha Introitum* ab ipſa juventute vel memoriter ſe notum habere indicat. p. $\frac{350.}{508.}$ Cap. ix.

1698. XXX. *Obſſ. Chym-Phyſ-*Med. *Cur;* - - M*enſis primus*, Januarius, Crocum Martis Aperitivum ſingularem, *& de* Martialium Præparatorum varia efficacia peculiaria *quædam, exhibens. Hal.* M*agd; typ. Joh. Krebs; Acad. Typogr; 8. pl. 3. Recuſ. ibid; 1715. cum Op. Chym-Phyſ-*Med*; loco XXIImo; a p. 509. ad 531.*

Febr. 20. XXXI. *Propempt Inaug. de* Hiſtoria Medica Practica.

Cum dies 20. *Martii* huic Propemptico ſubnexus, dies vero 22. *Februarii* Diſſertationi, cui præmiſſum, præpoſitus ſit, Sphalma Typographicum hic ſubeſſe videtur. Materiam autem ipſam hujus Propemptici quod concernit, traduntur in eo tum requiſita boni & laudabilis obſervatoris Medici, tum nomina eorum, qui tales Cl. noſtro Autori eſſe reputantur. Qua occaſione non adeo incongruum nec etiam B. Lectori ingratum fore judico, ſi

cum

cum his, quos Autor noster commendat, eos simul, qui B. *Georgio Baglivio* & *Hermanno Bœrhaave*, Italorum & Belgarum Medicis celeberrimis nostrique ævi coryphæis, laudantur, adjungam, sicque uno quasi obtutu Observationum Scriptores Medicis probatissimis probatissimos sistam conspiciendos. Ut tamen tum ii, qui a singulis seorsim, tum ii, qui conjunctim ab omnibus, prædicantur, notari queant, cuique Autori apposita litera B. *Bagliv;* Boe. *Bœrhaav;* & St. *Stahl;* ejus præconem indicabit. Sunt igitur sequentes: 1698.

Aëtius. *Boe.*

Aretæus Cappadox. *B.*

Avicenna. *B.*

Ballonius, Guilielmus, *B. Boe.*

Bonettus, Theophilus, præsertim ejus Sepulchrum. *Boe. Stahl;*

Cœlius Aurelianus. *B.*

Celsus, Aurelius Cornelius. *B. Boe.*

Chesneau, Nicolaus. *Boe.*

Dolæi, Johannis, Encyclopædia Medico-Dogm; *St.*

Duretus, Ludovicus. *B.*

Ettmullerus, Michael, qui repetito laudatur in proxime sequenti *Dissertatione de VPort; p.* 38. *Sect. III: de Alter. & Specif; p.* 28: *de Prærog. Vet. Pract; p.* 20, *Th. XXVII: de Febb. interm. turb; p.* 42. *LII: & denique Mens. Jun; p.* 661.

Forestus, Petrus; *B. Boe. St;* qui posterior non solum in hoc nostro Propemtico solidum de ejusdem observationibus judicium fert, sed in pluribus aliis etiam locis debitas ejus laudes repetit, ut fit in *Diss. de Podagr. nov. Pathol; p.* 28. *Cap. VI: de Empeir. rat. Med; p.* 24. *XXVII: de Prærog. Vet. Pract; p.* 20. *Th. XXVII: de Obs. luc. Medic; p.* 24. §. *XXIX:* ubi etiam comparatio instituitur inter hunc & Ettmüllerum, & denique *Mens. Jul; p.* 661. alibique.

Fortis, Raymundus Johannes; *St;*

Galenus, Claudius. *B. Boe.*

Hippocrates. *B. Boe.*

Hollerius, Jacob. *B. Boe.*

Jacotius, Desiderius. *B.*

Lælius a Fonte. *St;* quem tum hic tum fusius adhuc in *Pr. de Curat. in Chart; p.* 5: & *Diss. de Observ. Lucul. Med; p.* 24. §. *XXIX.* laudat.

Lom-

1698. Lommius, Jodocus. *B.*
Mangetus, Joh. Jacob. *B.*
Martianus, Prosper. *B.*
Mercurialis, Hieronymus. *B. St;*
Morton, Richardus. *B. Boe.*
Platerus, Felix. *Boe.*
Riverius, Lazarus. *B.*
Septalius, Ludovicus. *B.*
Solenander, Reinerus, qui rursus ob simplicium aliquot Specificorum Experientiam atque notitiam in *Diss. de Prærog. Vet. Pract; p. 26. Th. XLIII.* laudatur.
Sydenham, Thomas. *B. Boe. St;*
Tozzi, Lucas. *B.*
Trincavellius, Victor. *St;*
Tulpius, Nicolaus. *B.*
Valescus de Taranta. *B.*
Valesius, Franciscus. *B.*
Vesalius, Franciscus. *Boe.*
Waldschmid, Joh. Jacob. *B.*
Wedelius, Georg. Wolf; in Dissertationibus præcipue, *St;*
Zacutus. *St;*

Sunt autem Fontes primarii, unde Elenchus hic haustus, *Baglivii Opera*, *Bœrhavii Discursus Mscti* in Aphorismos suos de cognoscendis & curandis Morbis, & *Stahlii* tum *Propemticon* præsens, tum *Diss. de Febb. Histor; p. 14. Th. IV:* & de *Prærogat. Vet. Pract; p. 20. Th. XXVII,* in quibus ad hoc nostrum provocatur; tum denique reliqua ejusdem Schedia, in quibus etiam unus adhuc atque alter occurrit hic non adductus, nec ob temporis penuriam jam quærendus, facile tamen suis locis inferius inveniendus. Cæterum, si normam spectes, ad quam non solum Medici prudentissimi generatim omnes, sed etiam *Stahlius* noster speciatim, in hoc Propemptico bonitatem Observatorum metiuntur, inter præcipuos sane, & non solum trifolio huic Medicorum Celeberrimorum, sed omnibus bonis, insigniter laudatum fore B. D. *Johannem Ludovicum Apinum*, M. D. & Prof. P. Altdorfinum olim clarissimum, certissime persuasus sum, si Observationes ejusdem ac Curationes publici juris fierent.

Ea enim ſolertia eoque judicio ac candore conſcriptæ hæ ſunt, ut quod magis ex his mireris neſcias. Quandoquidem Ætas, Temperamentum, Sexus, Corporis Habitus, Vitæ genus, Morbi de die in diem decurſus, Experimentorum & Remediorum ſelectiſſimorum tum fauſtus tum ſiniſter ſucceſſus, ac reliqua omnia ad Hiſtoriam Practicam laudabilem neceſſaria momenta in iis reperiuntur; ut ita merito dolendum ſit, opus hoc utiliſſimum incuria & contemtu lucripetarum vaniſque magis quam ſolidis inhiantium Bibliopolarum hactenus in privatis latere, quin perire, ſcriniis; Cum præſertim dignus Patris laudatiſſimi filius, Dominus *M. Sigiſm. Jacob. Apinus*, Lycæi, quod apud nos floret, Profeſſor P. meritiſſimus, & paternæ gloriæ & publicæ utilitatis ſtudioſiſſimus, cimelium hocce præſtantiſſimum typis vulgaturo Bibliopolæ æquiſſimo cedere pretio paratiſſimus ſit; tum a mendis quibuſcunque ſolicite purgatum tum Indice accurato a me ornatum. 1698.

XXXII. *Diſſ. Med. Inaug. de* Vena Portæ Porta Malorum Hypochondriaco-Splenetico-Suffocativo-Hyſterico-Hæmorrhoidariorum. *Reſp.* Joach. Petrus Gætke; *Luneb; Recuſ. Hal. Magdeb. lit. Chr. Henck; 1713. & cum D. D.* Alberti Tr. de Hæmorrhoid; *1722. pl. 7. XV. g.* Febr. 22.

Per Venas Meſeraicas haud multo minus Chyli imbibi & cum Sanguine ad Hepar ferri, quam per ipſas ita dictas Lacteas, argumentis probatur p. 17. Sect. II. Arterias non modo perpetuo ad latus Venarum incedere, ſed & eaſdem hic illic transſcendere, adeoque ſua pulſatoria dilatatione ipſas venas quoque non parum afficere, hactenus forte primus Dominus Autor attentius animadvertit juxta p. 22. Sect. II. Meminit autem hujus ſui laboris Ill. Autor in plurimis ſuis Scriptis, & præſertim in *Theor. Med; p. 32. Cap. IV. & p. 42. Cap. V.* ubi ſimul ſuum ſubjungit judicium & obtrectatoribus reſpondet: *Vindic. de Script. S; p.* $\frac{59}{229}$. *Diſſ. de Curat. Morb. e fund; p. 22. Th. XXI.* ubi unius ejuſdemque rei crebriorem repetitionem objicientes repellit, quod etiam in *Excuſ. reſp. Exam. Pulſ; p. 23 - 25.* ulterius facit.

1698. Cum B. D. D. *Apinus* in Perlectione & excerptione Scriptorum nostri Autoris potissima rei momenta Tabulis sæpius disposuerit, non inique, spero, feret B. L. si illæ statim subjungantur. Est igitur sequens

TABULA DE AFFECTIBUS VENÆ PORTÆ:

Affectus Venæ Portæ sunt Læsiones

I. *Capacitatis VPortæ*, consistentes vel in

1.) „*Adstrictione & Angustia:* Qualis arctatio Propaginum VPortæ „contingere solet præcipue ab Intestinalis fistulæ tensione & „pressione, quando Tunicæ intestinales vel Flatibus incarce-„ratis distenduntur, vel Scybalis impactis premuntur, ubi „Vascula Tunicis intertexta necessario una cum Arteriolis „comprimuntur, ut illo tempore impeditus sit transitus.

2.) „*Dilatatione justo majore:* Quæ causa omnino videtur longe fre-„quentior quam vulgo supposita angustia & obstructio. Fit „autem Dilatatio vel in Trunco, præcipue illo spatio, quod „Hepar & primas divaricationes VPortæ intercedit; Vel in „Venis Meseraicis, præcipue Vase brevi & Vena Hæmorrhoi-„dali, qualia Vasa admodum turgida viderunt Vesal. de Fabr. „Corp. Hum; Cap. XV. p. 663. It. Wedelius in Physiol. Re-„form; Causa Dilatationis est Sanguinis spissioris infarctus & „ejus major copia. Hinc juvant Motus Corporis, Remedia „Martialia adstrictoria facultate prædita; item Galenica, „Adianthina, Capillaria, Scolopendriaca, Carminativa, & „Nervina plura.

II. *Consistentiæ Sanguinis VPortæ*, qui hoc loco promtius quam alibi crassescere potest ob impeditiorem Motum. Quando enim Sanguis universus jam aliunde spissior est a Diæta plena; sed justo sicciore, justo segniore, justo frigidiore & mucidiore; Simulque segnior est Respiratio, ut in sedentariis, speculabundis, mœstis; Sanguis item ab Habitu Corporis Melancholico, hoc est poris arctioribus & vasis capacioribus, per sensum frigoris, vel in ira, terrore, timore, restringitur ad Interiora, sicque Venæ Cavæ truncus descendens Sanguinem e ramulis VPortæ capillaribus in Hepate admittit: Sanguis autem VPortæ sic majorem resisten-

tiam

tiam inveniens paulatim ſtagnat & ſpiſſeſcit, cum naturaliter difficilius procedat illius Motus ex ampliore cavitate in tubulos anguſtiores. 1698.

III. *Sanguinis Motus Paſſivæ:* Dum propter illius craſſiciem neceſſario cogitur reſtagnare ad *Lienem*, unde Lienis inflatio, durities; ad *Ventriculum*, unde Vomitus Cruenti vel Materiæ atrofuſcæ; vel ad *Inteſtina*; unde ſimiles nigricantes excretiones. Datur igitur in his Vaſis reſtagnatio, non autem vera obſtructio & ſtaſis, quæ nimis cito in corruptionem pergit, hic certè non ſtatim admittendam vel agnoſcendam.

IV. *Sanguinis Motus Activæ in VPortæ* & *Partibus cum VPorta connexis*, dum Motus illarum Partium Tonicus vel

1.) *Relaxatur* in

a. *Flatulentia*, dum Inteſtinorum alioqui ſtricti parietes occaſione frigoris, præcipue humidi; item occaſione frigidi Potus aut Ciborum valde tenacium & craſſi ſucci, relaxantur, & ſic vapores ſpatium & libertatem nanciſcuntur ſeſe expandendi.

b. *Lienis Inflatione*, qualis omnino datur Coli inflationi contradiſtincta, non quidem a Flatibus, ſed a Sanguinis infarctu. Habet enim Lien illam fibrarum ſeriem in ſuis Tunicis, ut conſtringi & relaxari iis mediantibus poſſit. Datur illa Lienis inflatio in feminis temporibus menſtruis.

2.) *Intenditur*

a. *Repetitis Inteſtinorum conſtrictionibus*, in Diarrhœa varii generis.

b. *Cardialgico-Stomachicis doloribus.*

c. *Mulierum Hypochondriaco-Hyſtericarum faucium anguſtia* & ſtrangulatorio ſenſu.

d. *Vomitionibus vacuis;* Das Würgen;

e. *Vomitibus cruentis.*

f. *Conſtrictione & retractione umbilici.*

g. *Congeſtione & expreſſione Sanguinis ad certa loca excretoria*, ut ſunt *Menſes* & *Hæmorrhoides*, ſive jam ad ſcopum pertingant, ſive minus; Quod ultimum ubi fit, varia contingunt molimina & Symtomata, ut ſunt Colica Hæmorrhoidalis, Tormina menſtruatarum &c.

XXXIII. *Obſſ. Chym Phyſ- Med. Cur. Menſis ſecundus*, Fe-
1698. bruarius, Fragmenta quædam ad Hiſtoriam Naturalem Nitri pertinentia ſubminiſtrans. *Hal. Magdeb. typ. Joh. Jac. Krebs; Acad. Typ; 8. pl. 5. Recuſ. cum O. C. P. M. 1715. loco XXIIImo. a pag. 532. ad 564.*

Tituli ratio habetur p. $\frac{397}{534}$ in fine Præloquii.

XXXIV. *Obſſ. Chym- Phyſ- Med. Cur; Menſis tertius*,
Mart. Martius de Uſu Nitri Medico Polychreſto. *Hal. Magd; typ. Joh. Jac. Krebs; Acad. Typ; 8. pl. 6. Recuſ. 1715. cum O. C. P. M. loco XXIVmo. a p. 564. ad 585.*

Morem ſuum in Experiendo p. $\frac{460}{570}$, in Curando autem p. $\frac{463}{572}$ Cap. II, explicat Autor.

Monendum ultimo reſtat, non ſine ratione tum hunc tum illum ſequentes Menſes poſt *Diſſertationem* de *nova Pathologia Calculi Renum* & eas, quæ eam antecedunt, referri debere, quod p. $\frac{464}{572}$ Cap. II. mentio hujus Diſſertationis ut jam habitæ fiat. Cum tamen non ſatis certus hac de re fuerim, ſatius duxi illa temporis ſerie eos collocare, quam in fronte præ ſe ferunt, dubium autem meum ipſum, uti nunc factum, aperire.

4. XXXV. *Diſſ. Medica Pathologico - Practica de* Morborum Ætatum Fundamentis Pathologico- Therapevticis. *Reſp.* Joh. Dan. Gohl, *Berolino-Marchicus. Rec. Hal. Magd; lit. Chr. Henck; Acad. Typ; 1702. & cum D. D.* Alberti Tr. de Hæmorrhoidibus *1722. pl. 5. VIII. b. Vernacula noſtra ſic expoſita:* Herrn Georg Ernſt Stahls, berühmten Königl. Preußiſchen Leib-*Medici* und Hof-Raths, gründliche Unterſuchung der Kranckheiten, welche bey einem jeglichen Alter des Menſchen fürnemlich vorzukommen pflegen. Aus dem Lateiniſchen überſetzt. Leipzig bey Caſpar Jacob Eyſſeln. *1718. 8. pl. 5. & in ejusdem Medicini*ſcher Schrifften 1ſten Theil *n. 3. 1720.*

Quanti

Quanti solidissimum hunc suum laborem ipse faciat Ill. Autor, e per plurimis ejusdem Scriptis, in quibus adhunc provocat, facile videre est. Sic enim tum allegatur tum commendatur in *Diss. de Mot. Hæmorrhoid; p. 24. Cap. VIII: de Podagr. Pathol. nov; p. 5. Proœm. & p. 23: de Fundam. Pathol. Pract; p. 18. Cap. III,* ubi totius rei primarius nervus brevibus repetitur; *de Ægr. Hæmopt. lab; p. 6. Th. VII: de Morb. corrupt; p. 23. Cap. IV: de Affect. Period; p. 13. Cap. II.* ubi etiam non paucis rerum suarum curiosius satagentibus Practicis probatam esse monet; *p. 25. Cap. IV: de Fundam. Theor. Med; p. 32. 33. Cap. IV. & p. 42. Cap. V,* ubi simul de Tractatione aliquale judicium; *de Consuet. Efficac; p. 27. Th. XLVII: de VS. Ped; p. 20. Th. XXXIX: de Incurab. Affect; p. 24. Th. XLIV: de Hæredit. Disp; p. 35. §. LVI. Pr. de Pathol. Sals; p. 7. Diss. de Medic. sine Med; p. 17. Th. XXIX. Vindic. de Script;* ubi adhuc digniore aliquo loco se hoc Schediasma habere e reliquis hujus generis suis rhapsodiis inquit, & nervum tum illius tum vicinarum enarrat; p. $\frac{52}{222}$. Aliquid etiam paulo magis Systematicum hanc Dissertationem animum solertius advertentibus sistere & exhibere posse asserit; p. $\frac{62}{232}$: *Dissert. de Fin. Mens; p. 12. Th. XII. & p. 24. Th. XXXIII: de Sen. Affect; p. 22. Th. XXVIII: de Min. Mal. Med; p. 11. Th. IX: de Parad. Med; p. 30. Th. XXXII: de Morb. consequ; p. 26. Th. XXVI: de Cynos. Therap; p. 22. Th. XXI: do Præp. Corp. Therap; p. 15. Th. XI: de Decub. Hum; p. 15. Th. XIII,* ubi solerti, sed simul etiam Praxeos bene peritæ, considerationi commendat; *de Sciagr. Pathol; p. 36. Th. LXI: de Proport. Hum; p. 20. §. XXVI. & p. 32. §. XLVIII: de Restit. Sanit; p. 19. Th. XXII. de Attent. Med-Pract; p. 11. Th. XI,* ubi non sine debita attentione relegendam monet; *de Therap. Pass. Hyp; p. 16. §. XVI: de Complic. Morb; p. 5. Proœm. & p. 13. Th. XVII: de Rar. Morb; p. 25. §. XXXVIII,* ubi cum multa laude ejus meminit, ac nosse cupit, qui his rebus exantlandis vel animum applicuerint vel successum assecuti sint? & denique in *Præf. ad D. D. J. Juncker. Conspect. Med. Theor-Pr; p. 9.* & ad *D. D. Alberti Tr. de Hæmorrhoid; p. 6.* 1698.

XXXVI. *Propempt. Inaug. de* Morbis Contumacibus. Mart. 15.

B. Apinus in Excerptis suis ex hoc Propemtico post hujus §um tertium sequentia subjungit:

1698. „Quamvis Autor hæc ad Physicam Scientiam circa reliqua „corpora Physica non applicet, applicatio tamen est facilis: Nimirum ut Medici observant, in Homine, tanquam unico Artis „Medicæ Subjecto, considerationem mereri & Corpus & Activum „aliquod in eo Principium; Similiter, & non aliter, habet in reliquis Corporibus naturalibus, unde Philosophi jam olim pronunciarunt: τὸ γνῶθι σεαυτὸν esse omnis scientiæ fundamentum.

TABVLA MORBORVM CONTVMACIVM

„sequ: e Propemtico hoc ab eodem texta:

„ Morbi Contumaces sunt vel ex

„I. *Inflammatione Sanguinis Congestoria*, vitio
„ 1. *Quantitatis*, unde oritur Motus Sanginis
„ a) *Active congestorius* ad evacuationem Hæmorrhagicam tendens;
„ b) *Passive statarius* & defectivus.
„ 2. *Qualitatis* a nimia Spissitudine.
„II. *Colatoriorum Obstructione & Ulceratione*, quæ resultat ex Sanguinis
„ 1. *Spissitudine*, & quidem vel
„ a) *puri*, unde acuta & præcipitia mala;
„ b) *Serosis* inquinamentis *mixti*.
„ 2. *Corruptione*; Quo pertinent Catarrhales, tussiculosæ, catharticæ turbæ; item Hydropico - Oedematosa Pathemata.
„III. *Motibus Spasmodicis*: Quo referenda sunt molimina Sanguinis excretoria in Hæmorrhagiis.
„IV. *Motibus assuetis*, qui sine causa materiali sensibili sæpe recrudescunt, accedente levi animi commotione, & sunt vel
„ 1. *Generales*, ut Hæmorrhagicæ excretiones, pro ætatum diversitate modo in superioribus modo inferioribus Partibus erumpentes:
„ 2. *Speciales* circa certas Partes, ut
„ a) *Abortus* Fœminarum Sanguinearum aliquoties eodem tempore fieri solitus:

„b) *Hy-*

„ b) *Hypochondriaco- Hysterico- Cephalica pathemata* ex Vasorum 1698.
„ & Nervorum communione, nempe Venæ Portæ &
„ Nervi Paris vagi.

XXXVII. *Diss. Inaug. de* Motu Sanguinis Hæmorrhoidali, Mart.20. & Hæmorrhoidibus Externis. *Resp.* Hermann Paulus Juch. *Erfort; Rec. Hal. Magd. lit. Chr. Henck; Acad. Typ. 1705. & cum D. D.* Alberti Tr. Hæmorrhoid; *1722. pl. 4. XVI. g.*

Nexus Pathologicus Symptomatum ad Hæmorrhoides externas respicientium & ab illis pendentium, tanquam Specialis Domini Autoris conceptus, quadantenus novus dicitur pag. 24. Cap. IX.

XXXVIII. *Propempt. Inaug. de* Stochasmo Medico. April.16.

XXXIX. *Diss. Inaug. Med; de* Hæmorrhoidum Internarum Motu & Ileo Hæmatite Hippocratis. *Resp.* Joh. Dan. Gohl. *Berol-March; Rec. Hal. Magd; lit. Chr. Henck; Ac. Typ; 1707. & cum D. D.* Alberti Tr. de Hæmorrhoid; *1722. pl* $3\frac{1}{2}$. *XVII. g.*

B. noster *Apinus* in compendium redactis his binis Dissertationibus posterioribus sequentem præmisit

Discurs. de Tonico- Spasmadico Molimine Naturæ in Excretionibus Sanguinis Hæmorrhagicis:

Acutissimus Stahlius in passim editis Progymnasmatis novam „
profert sententiam in Natura, ut videtur, fundatam de Moti- „
bus Sanguinis particularibus ad hunc vel illum locum excretio- „
ni paratum fieri solitis, & mediantibus hisce, favente sane Expe- „
rientia, morbos feliciter judicari & solvi contendit: Dum v. g. „
Febris per Hæmorrhagiam Narium, Arthritis per Hæmorrhoi- „
dum fluxum &c. solvitur. Atque hinc argumenta nectit pro „
VSne, per quam minuta Sanguinis excernendi copia cessent post- „
modum dolorifica illa & incassum ut plurimum laborantia Na- „
turæ molimina; Esse enim plerosque Morbos, Arthriticos præ- „
cipue, item Capitis dolores, Asthmata, Hæmoptyses, Sangui- „
nis Vomitus, Hypochondriacorum Passiones, nihil aliud quam „
Conatus imperfectos ad expellendum Sanguinem superfluum per „
Nares, „

1698. „Nares vel Hæmorrhoides: Unde, non ſuccedente per hæc loca „evacuatione, illi conatus ſæpiſſime quidem de novo fiunt & conſuetudine tandem ſic invaleſcunt, ut hominem aſſiduis moleſtiis diſturbent. Hæc ita fieri a Natura, negari non poteſt; Sed „num a Natura *recte* an *perverſe* agente ſic procedant? Inquirendum. Mihi ſanè Natura in hoc negocio, ad quod quaſi coacta „venit, contra intentionem ſuam, tumultuarie agere videtur, „non ex intentione vel Creatoris vel ſui ipſius; Sed quia vellicatur, irritatur, commovetur. Non itaque in hoc ſuo molimine „imitanda eſt Natura, ſed potius in ordinem revocanda & ad „quietem componenda, ut officio ſuo alio meliore, conſueta „ſcilicet & naturali via, fungatur. Si autem Naturæ recte agenti ſtudioſius velimus attendere, videbimus ſane, illam in ſtatu „naturali & ſibi relictam, dum ſui eſt juris, ſuperfluum omne „absque metu reſidui conſumere per ſolam Tranſpirationem inſenſibilem & robur Fermentorum intrinſecorum, ita ut numeroſiſſimi homines ſæpe per plures annos ſine morbo degant.

„Nonne igitur in ſtatu p. n; ubi ab hac regula deflectit Natura, potius eſt ad officium reducenda, quam in perverſo illo „ſuo Motu confirmanda, aut vel ad Hæmorrhoides vel ad Narium Hæmorrhagium ſolicitanda, aut VSnibus a Spaſmis avocanda, avocatione temporaria, adeoque invita & recidivam „certo certius admittente? Mihi ſane prius illud ſecuriſſimum „eſſe videtur, poſtquam Experientia didici, omnes Febres, ad „minimum ὡς ἐπὶ τὸ πολύ, curari Sudore & reſtituta illa Tranſpiratione, non inſenſibili modo ſed & ſenſibili, quia requirit neceſſitas, inſenſibilem illam in gradu augeri & intendi, ſenſibilemque fieri. Concludo itaque, omnino etiam in Morbis, modo „erigatur Natura ſeu Principium Vitale internum, ſuperfluam „Sanguinis portionem paucos intra dies conſumi poſſe, ut nec „illius imminutione per VSnem nec Hæmorrhoidum vel Narium „fluxu ſit opus.

„Objiciunt hic quidem obſervationes Febrium per Hæmorrhagias Narium ſoluturam: Sed reſpondeo, me conſtanter obſervare, omnes illas Febres in hoc noſtro Climate, (aliter forſan in puriore Hippocratis cœlo res habere poteſt, in quibus „Hæmorrhagiæ contingunt,) eſſe graviores & plus periculi in-

„vol-

volvere, quam ubi Hæmorrhagia nulla. Similiter obſervo ,,, 1698.
Hæmorhagias in Arthritide vaga Scorbutica malum non finire,,
& ſolvere, ſed potius exaſperare & producere; cum contra,,,
in quibus ſtatim ab initio Sudorifico meo regimine res tracta-,,
tur, largo Sudore Arthritis illa vaga ſæpiſſime per me curata,,
fuerit. Terret me ſane in Febribus & aliis Morbis Hæmorrha-,,
gia quævis, non niſi Confuſionem & nimiam irritationem Prin-,,
cipii Vitalis arguens. ,,

Objectio altera de Fluxus Hæmorrhoidalis emolumentis eſt,,
ſpecioſior: Neque enim poſſumus inficias ire, magno beneficio,,
afficere eos, quibus Hæmorrhoides bene & ex ordine fluunt.,,
Sed & hinc nos facile extricabimus: ,,

Imo. enim & hic Scopus non eſt ex primaria Naturæ inten-,,
tione, ſed ſecundaria ſaltem, quoniam officio ſuo non amplius,,
tam perfecte fungitur; unde annoſioribus demum hic Fluxus ac-,,
cidit, non juvenibus, ut ut Sanguine præ illis abundantibus. ,,

IIdo. Fluxus ille contingit in Declinatione Morborum Chro-,,
nicorum, Natura vel ſuo robore vel per Medicamentorum vi-,,
gorem reſurgente, & non ideo bene habent quia Sanguis ex-,,
cernitur; Sed ideo Sanguis ille excernitur, quia ægri melius,,
habent. ,,

IIItio. Poteſt fieri, ut emergente Naturæ robore Fermen-,,
tum morbidum intime prius Humoribus Vitalibus nuptum,,,
eosque non parum contaminans, cum a Centro ad Peripheriam,,
corporei habitus externi pervenire non poſſit ob ſeneſcentes vel,,
ſegneſcentes Principii Vitalis vires, ad vicinam Venam Hæ-,,
morrhoidalem deferatur, & ibi vel cum Sanguine vel per,,
tubercula humentia pruriginoſa excludatur. Secretionem,,
autem concipio non præciſe per Vaſa fieri, ſed per ipſos Par-,,
tium Poros & continuatos fibrarum ductus. Principium quo-,,
que Vitale noſtrum luminoſum internum, dum ſe vitaliter ex-,,
pandit, mihi videtur tenebricoſum & craſſum omne ad Exterio-,,
ra proſcribere, ſive jam corporis attingant illa ejectamenta Ha-,,
bitum, ſive in alio quodam loco decumbant propiore, ut hic,,
ſunt Hæmorrhoides. ,,

1698. XL. *Observatt. Chym-Phys Med. Cur; Mensis Quartus*, Aprilis, *quo* Vitulus Aureus Igne combustus Arcanum simplex, sed arcanum, *exhibetur. Hal. Magd; typ. Joh. Jacob. Krebs. Acad. Typ; 8. pl. 3. Recus. ibid. 1715. cum O. C. P. M., loco XXVmo. a p. 585. ad 607. inclus;*

Obtrectatoribus suis, quasi in Censuris ferendis sibi placeat, arguentibus respondet statim in Procem. p. $\frac{485.}{587.}$ Studium Medicum multis laborare defectibus fatetur ibid; ubi etiam Experimentum hoc apud Chymicarum operationum Scriptorem quemcunque se legisse aut diserte propositum meminisse non recordatur, quod quidem repetit quoque in Specim. Bech; p. 109. & prolixe cuidam respondet, qui publice tradiderat, fieri id juxta notissimum modum *Montesnyderi* & *Glauberi*.

Tandem autem epilogus Mensis p. $\frac{525.}{607.}$ attentiori perlectione & pensitatione mihi non indigna videtur.

Mentio hujus Observationis fit in *Diss. de Fund. Metall. Pyr*; ubi Aurum in Calcem sic conversum rursus reducere p. $\frac{54.}{819.}$ *Sect. I. Cap. VIII.* §. 17. docet, & Experimentum ulterius adhuc adumbrat; p. $\frac{62.}{826.}$ *Sect. II. Cap. I.* §. 5: *Specim. Bech; p.* 199. 211. & 303. *Diss. de Sal. Metall; p.* $\frac{19.}{34.}$ *XX: de Solut. Mart; p.* $\frac{14.}{741.}$ §. *XX*, ubi usum simul hujus Experimenti non contemnendum ostendit; & denique Bedencken vom Schwefel. *p.* 237.

Maj. XLI. *Obss. Chym- Phys- Med. Cur; Mensis Quintus*, Majus, Historiam Febris Epidemice Petechizantis, *& hinc desumtæ* Methodi Curationis ejusdem, *declarans. Hal. Magdeb; typ. Joh. Jac. Krebs; 8. pl. 6. Recus. ibid. 1715. cum O. C. P. M. serie XXVIma, a p. 608. ad 659.*

Indolem suam die Gelindigkeit, jedoch mit müglicher Aufsicht, esse, p. $\frac{538.}{617.}$ Cap. I. Autor asserit.

Gedeonis Harvei expressiones in Tractatu *suo de Arte Curandi per Expectationem* non adeo improbantur, quin potius ejusdem cum Scholiis Rerum & Historiarum, aut proprii de Curatione Æquivoca

voca Commentarii, editio promittitur p. $\frac{601.}{648.}$ lit. bb; quæ promiſſio an hactenus impleta fuerit, inferius n. CLII. videndum. Sæpius cæterum hunc *Harvei* librum in ſuis Scriptis laudavit, ut ſit in *Theor. Med. Pathol;* p. $\frac{84.}{666.}$ *Diſſ. de Mult. Rem;* p. 47. *LV: de Method. Cur;* p. 30. *XLIII: de Miniſter. Artis Natur. Salutar. adhibendo.* p. 28. *XXXVII.* & denique *de Mult. ac Magn. Morb. Rem;* p. 11. *XXII.* 1698.

XLII. *Propempt. Inaug;* Quis Bonus Theoreticus, Malus Practicus.

XLIII. *Diſſ. Med. Inaug.* de Morbis Habitualibus. *Reſp.* Maj. 14. Andr. Chriſtian. Rhetius, *Arnſtadia-Thuringus. Hal. Magd; lit. Chr. Henck;* p. 4. *X. b.*

TAB. MORBB. HABB; B. APINI

e Capite II. eſt ſequens:

Morbi Habituales ſunt a Motu Humorum vel

I. *Intercepto*, ut
- a) *Ulcerationes variæ*, Scirrhi.
- b) *Malæ conformationes* ab inconveniente conſolidatione Vulnerum, Fracturarum, Rupturarum, Eroſionum, Luxationum, Diſtorſionum, vel Occaleſcentiæ & Obrigeſcentiæ Partium alias Senſilium.

II. *Aucto, depravato,* vel *neglecto*
1. *Sanguinis*
- a) *Infra Caput:* Anginoſæ faucium inflammationes; Hæmoptyſis; Aſthmata ſicca ſemeſtria, verna ſcilicet & Autumnalia; Palpitatio Cordis.
- b) *In Capite:* Hæmorrhagia Narium; Capitis dolores; Ophthalmici Rubores; Eryſipelas Capitis; &c.
- c) *Ventriculo:* Vomitus Sanguinei; Cardialgiæ ſuffocativæ; Anxietates; Anguſtiæ
- d) *VPtæ regione:* Pathemata Hypochondriaca; Hæmorrhoides internæ & externæ; hæque vel Turgentes vel Tumentes.

1698. e) *Habitu Corporis:* Convulſiones; Arthritides, Eryſipelata, Apoſtemata.

2. *Seri & Lymphæ:*

a) *in Capite:* Coryza; Viſus & Auditus hebetudines; Narium & Oris Sputatoriæ redundantiæ; Tonſillarum, Uvulæ, & Faucium Tumor.

b) *infra Caput:* Raucedines; Tuſſes Humidæ; Aſthmata Humida; Phthiſis.

c) *in Ventriculo & Inteſtinis:* Diarrhœæ variæ, præcipue Spontaneæ, non tam immediatæ ab aſſumtorum vitiis, quam nunc & tunc a Verno & Autumnali tempore: Huc pertinet in muliebri Sexu Fluor albus.

d) *Renibus:* Calculus.

e) *VPtæ Regionibus:* Hydrops, Icterus.

f) *Habitu Corporis:* Dolores arthritici vagi.

Jun, 6. XLIV. *Propempt. Inaug. de* Cephalalgia Iliaco-Hæmatica. Vom Uberkolck oder Ober-Colic.

Obtrectatoribus reſpondet Cl. Autor p. 5., qui illum ſemper aliquid novi ex antiquis rebus formare arguebant, & aſſerit, ſe honori præcipue ſibi ducere, ſi e rebus antiquiſſimis penitiore evolutione aut firmiore connexione aliquid anteceſſoribus ſuis minus cognitum eruere valeat.

9. XLV. *Diſſ. Med. Inaug. de* Podagræ Nova Pathologia. *Reſp.* Joh. Conr. Tieffenbach, *Palæo-Brandenburg; Recuſ. Hal. Magd; lit. Chr. Henck; Acad. Typ; 1710. pl. 4. XXIII. g.*

Sententiam ſuam de Morborum Tonico-Spasmodicorum origine & fiendi atque vigendi ratione novam quidem apparere, quamvis re ipſa, quatenus nempe cum re convenit, antiquiſſima ſit, aſſerit p. 21. Cap. V.

XLVI. *Propempt. Inaug. de* Pathologia Salſa.

Recenſet hic Ill. Dominus Autor eas e ſuis Diſſertationibus, quarum momenta ſi conjungantur, difficillimas Specierum Morborum determinationes inde facile reſolvi poſſe putat p. 7.

B. D. D. *Apinus* circa hoc Programma monet ſequentia:

Ex-

Excludit celeberrimus & ingeniosissimus Autor in hoc Pro-,, 1698.
grammate potentias Salinas a Causalitatis Morborum negocio,,, potissimum ob has rationes, quod 1. hæ Salinæ portiones in,, omnibus Hominibus reperiantur, quos tamen ægrotare non vi-,, demus. 2. Quod Salina in copia assumta non notabiliter no-,, ceant, multo minus ægritudines pariant. Sed distinguendo re-,, spondemus: Potentias Salinas qua tales, in se & simpliciter con-,, sideratas, omnino ad censum Causarum Morbificarum, inter-,, narum præcipue & proximarum, non pertinere: Potentias vero,, illas alio respectu & secundum quid consideratas tum morbificas,, fieri, quando magis exaltatæ profundius se in sinum vitalem in-,, gerunt, quas dein cum Principium Vitale velut extraneum,, quid expellere conatur, turbæ & dolores varii oriuntur. Exal-,, tantur autem & perficiuntur illæ salinæ potentiæ potissimum in,, ventriculo, & sunt sæpe minimum quid, non tam Sanguinem,, quam ipsum Principium Vitale inquinans, unde non necessario,, universa statim Massa Sanguinea Cacochymia laborat, sed succes-,, sive demum inficitur. Sic in Arthritide, ad quam provocat Au-,, tor, nimis manifesta est acrimonia, cujus æque indolis sit, pri-,, mum in Ventriculo se exserens, dein cum ipso Spiritu Vitali ad,, Artus delata. Quod probatur, quia Arthritis nostro modo cu-,, rata semper desinit in Pruritum, & quia Ischiadici post aliquot,, dierum Sudores tandem Sudorem manifestissime acidum spirant,,, & inde levantur. Non per omnia igitur Clarissimo Stahlio as-,, sentimur. ,, *Hactenus ille.*

XLVII. *Disp. Inaug. de* Requisitis Bonæ Nutricis. *Resp.* Jun. 11.
Joh. Sebald. Holl, *Hartmansdorfio - Misnicus. Hal. typ. Christ. Andr. Zeitler; pl. 3. Recusa nostro idiomate 1724. cum* G. E. Stahls ausführl. Abhandlung von den Zufällen und Kranckheiten des Frauenzimmers, *n. XI. sub Titulo:* Von denen Stücken, die zu einer guten Amme erfordert werden.

A Domino *Respondente*, non autem Cl. Domino *Præside*, conscriptam hanc esse, elegantem interim & eruditam, Dissertationem, quemcunque stylus docebit, & indicat etiam *Index Dissertationum*, ubi inter illas, quas D. D. Stahl suam non agnoscit prolem, refertur.

1698. Jun. 24. XLVIII. *Propempt. Inaug; de* Commotionibus Sanguinis Activis & Passivis.

25. XLIX. *Diss. Med. Inaug; qua exhibet* Venæ Sectionis Patrocinium, *simul indicans ejusdem* Usum & Abusum. *Resp.* Christianus Albertus Richter, *Sorav - Lus; Hal; Typ. Christ. Salfeld; Typogr. Elect. Brandenb; pl. 5. XXXIII. g. Germanice loquitur sub sequenti Titulo:* G. E. Stahls, berühmten Königl. Preußischen Leib-*Medici* und Hof-Raths, gründliche Abhandlung des Aderlassens, so wohl dessen Gebrauchs und Mißbrauchs, als auch dessen besonderer *Application* auf dem Fuße und andern gewissen Theilen des Leibes. Nebst einem ausführlichem Bericht, was vom Aderlassen in hitzigen Fiebern zu halten seye. Aus dem Lateinischen übersetzt. Leipzig. Bey Caspar Jacob Eyseln. *1719. 8. Septimum & ultimum tenet locum in Parte I.* Herrn G. E. Stahls aus dem Lateinischen übersetzten *Medicini*schen Schrifften. *Omnes autem hic Cl. Stahlii Dissertationes de VSne habitas in nostram vernaculam translatas esse ipse Titulus loquitur.*

Allegatur hæc Dissertatio in *Diss. de Feb. Rat. Rat; p.* 30. *Sect. II. Cap. II.* & in *Vindic. de Script. suis, p.* 232. (62.), ubi non quidem a se, sed tamen utique ab auditoribus secundum sua dogmata, conscriptam esse hanc & aliam narrat, cujus etiam styli diversitas luculentum sane testimonium præbet.

29. L. *Propempt. Inaug; de* Æstimatione Partium & Læsionum.

30. LI. *Diss. Med. Inaug; de* Inflammationis Vera Pathologia. *Resp.* Joh. Ludov. Frid. Gvaltherus *Ilmæ - Schvvarzburg; Recus. Hal. Magd; lit. Chr. Henck; Acad. Typogr; 1705. pl. 3. XI. g.*

Octob. 1. LII. *Prolusio Inauguralis de* Certitudine Artis Medicæ.

4. LIII. *Diss. Inaug; Med; tradens* Novam Pathologiam Calculi Renum. *Resp.* Georg. Gottlieb Kœhler de Mohrenfeld.

feld. *Leoberg-Silef; Recuf. typ. Chriftoph. Andr. Zeitler; Acad.* 1698.
Typogr; 1707. pl. 3. XXIV. g.

Primum fe hujus novæ Hypothefeos autorem effe p. 2. in fine Procemii refert.

VSnes p. 19. circa *Solftitia* commendatas Sphalma, & potius circa *Æquinoctia* legendum, effe videtur.

Mentio hujus Differtationis jam *Menf. Mart;* facta, ut adeo hæc ante illum & ejus fequaces edita habenda fit, ut equidem fuperius jam fub hoc Menfe monui. Parum autem peccavero, fi nihilominus hanc poftpofuerim, ficque feriem Menfium juxta Titulum fervaverim.

LIV. *Diff. Acad; de* Lumbricis Terreftribus, eorumque Dec.
Ufu Medico. *Refp.* Joh. Chriftoph. Fritfch, *Schvvarzburg; Recuf. Hal. Magdb; lit. Chrift. Henck; Acad. Typogr; 1707. pl. 3. XXXVII. g.*

Famofum illud Experimentum, quo Circulatio Sanguinis in Pediculo oftenditur, ut ridiculum exploditur & fraus ejus detegitur p. 17. Cap. III.

LV. *Differtatio Medica de* Sanguifugarum Utilitate. 1699.
Refp. Joh. Jerem. Coler, *Zilliga-Silef; Recuf. Hal. Magd; typ.* April.
Chr. Henck; Acad. Typ; 1705. pl. 3. XXXV. g.

P. 11. Cap. III. de Hæmorrhoidibus & earundem Pathematibus mediatis & immediatis plura, quam alias fieri folet, protuliffe fe afferit Cl. Autor.

Provocatur cæterum ad hanc noftram Differtationem in *Diff. de Hect. Feb; p.* 17. *§. XXXI. de Spafm; p. 25. Cap. V,* ubi Hiftorias Practicas in noftra adductas confideratione, imo imitatione prudenti, longe digniffimas cenfet.

LVI. *Propempt. Inaug. de* Abftinentia & Naufea Carnium Maj. 21.
in Morbis, præcipue Acutis.

LVII. *Difp. Med. Inaug; de* Hectica Febre. *Refp.* Joh. 22.
Jac. Evvald; *Misnenf; Recuf. Hal. Magd; lit. Chr. Henck; Acad. Typ; 1705. pl. 3. XXXVIII. g.*

Hanc

1699. Hanc Dissertationem non a Domino *Præside*, sed ipso *Respondente*, conscriptam docent tum Styli tum Hypothesium quarundam a Domini *Autoris* stylo & placitis deviantium diversitas, ut & Cl. Domini *Stahlii* Animadversiones *p.* 12. *Th. XXI: p.* 20. *Th. XL. XLI:* & denique *p.* 22. *Th. XLII. XLIII.*

Jun. 11. LVIII. *Propempt. Inaug; de* Novo Specifico Antiphthisico, Equitatione.

LIX. *Diss. Inaug. Med; qua* Pathologiæ Fundamenta Practica *proponit* Joh. Samuel Carl, *Oringa-Hohenloicus Francus. Recus. Hal. Magd; typ. Chr. Andr. Zeitler; Acad. Typogr; 1706. pl. 5. IV. b.*

Utrum doctissimus hic labor Cl. nostro *Autori*, an vero celeberrimo pariter *Respondenti*, tribuendus sit dubius sum. Posterioris enim genius non obscure inde elucescit; Cl. autem *Stahlius* eum suum facere videtur in *Vind. de Script. suis. p.* $\frac{62.}{232.}$

17. LX. *Propempt. Inaugur. de* Sterilitate Feminarum per Ætatem.

LXI. *Diss. Inaug. Med. Pract; sistens* Ægrum Hæmoptysi Laborantem. *Resp.* Georg. Dan. Coschvvitz, *Chonez-Pomerell. Recus. Hal. Magd; lit. Chr. Henck; Acad. Typogr; 1705. pl.* $2\frac{1}{2}$. *XLI. g.*

Auctorem hujus Dissertationis Dn. *Respondentem*, non *Præsidem*, esse stylus testatur; interim tamen maximam partem ad hujus mentem conscripta est.

25. LXII. *Propempt. Inaug; de* Cornu Cervi deciduo.

29. LXIII. *Diss. Inaug; de* Lapide Manati. *Resp.* Leopold Albert, *Labach Nimicens; Siles; Recus. Hal. Magdeb; Lit. Henckel; 1710. pl. 3. XLIII. g.*

Non videtur hæcce Dissertatio a Domino *Præside* conscripta, si stylum & tractandi rationem perpendas, cui sententiæ étiam *Index Tomi II. ejusdem Dissertationum* in unum volumen coactarum adstipulatur, cum inter eas, quæ ab aliis conscriptæ, referatur. Multa interim ad Præsidis mentem tractat, quin universus §. 18. *Membri II. p.* 22. ab illo ipso ortus videtur.

LXIV. *Propempt. Inaug; de* Empeiria. 1699. Jul. 2.

LXV. *Diss. Med. Inaug; de* Calculorum Generatione *seu* Lithogenesi. *Resp.* Johannes Richter, *Zitta Lusatus. Typ. Christ. Andr. Zeitler; Acad. Typogr; pl. 5.* 3.

Hanc Dissertationem Cl. *Stahlii* laborem non esse, & *Index* ejus *Dissertationum* & stylus ipse ac tractandi ratio facile docent.

LXVI. *Diss. Solenn. Med; de* Cancro. *Resp.* Martin Schumacher, *Lenzens-March; Rec. Hal. Magd; typ. Chr. Henck; Acad. Typ: 1705. pl. $3\frac{1}{2}$. XIV. g.*

LXVII. *Observatio de* Verosimillima Causa Motus Mercurii in Tubo Torricelliano *seu* Barometro. *Imprim. cum Obss. Select. ad rem literar. facc; Tom. 1. Hal. Magd; in Off. Renger; 1700. n. xiv. a p. 155. ad 173. Recus. in Obss. Phys- Chym- Med. Cur; 1709. n. 11. a p. 15. ad 31, & Opusc. Chym- Phys- Med. a p. 205. ad 215.* 1700. Jan. 28.

Scriptam hanc esse d. 28. *Jan;* prælo autem oblatam 31. ejusdem, docet observatio proxime sequens p. $\frac{31}{315}$.

LXVIII. Brevis Explicatio Observationis Præcedentis. *Obss. Hall. Tom. 1. Obs. xxv. p. 441. - 445. Obss. Phys- Chym- Med. Cur; iii. p. 31. - 35. Opusc. Chym- Phys- Med; 215. - 218.*

De Veritate hujus suæ Hypotheseos se parum dubitare ostendit Cl. Autor in *Commendat. Meteorol. Cockio - Slut. p.* $\frac{401}{221}$. §. *XII.*

LXIX. *Observatio de* Copiosa, Facili, & Concentrata Collectione Spiritus Acidi summe Volatilis Sulphureo-Vitriolici, & Theoretico - Practico Ἀποδείξει Generationis ejusdem. *Obss. Hall; Tom. 1. Obs. XVIII. p. 255. - - 277. Obss. Phys- Chym- Med. Cur; VII. p. 77. - 95. Op. Chym- Phys- Med; p. 246 - 258.*

Commentatio hæc quasi & illustratio, quin continuatio, Mensis Augusti Obss. Chym- Phys- Med. Cur; & traditi in illo Experimenti.

F Quod

1700. Quod reliquum est, animadversionem hinc subjungendam duxi, quæ non solum hanc nostram, sed reliqua omnia Opusculo Chymico-Physico-Medico inserta Schediasmata, concernit; Non leve scilicet incommodum esse, allegatorum Stahlianorum Scriptorum paginas omitti, quæ tamen in prioribus Editionibus additæ fuerant. Sic enim, ut exempla demus, *p.* 252. §. *xxiv.* nostræ observationis allegatur Mensis *Augustus*, omissa pagina $\frac{99.}{359.}$ Pag. 253. §. *xxvii.* Mensis *Julius*, omissa pagina $\frac{39.}{344.}$; Et *p.* 254. §. *xxix.* Mensis *Februarius*, omissa pagina $\frac{400.}{255.}$ ut alia nunc taceam.

Mart. 25. LXX. *Propempt. Inaug. de* Ortu Venarum Metalliferarum.

Cum Respondens Dissertationis de *Lumbricis terrestribus* idem cum illo sit, qui tum in hoc Propemptico tum sequenti Dissertatione allegatur; ut ex ipso hoc Propemptico patescit: Quæritur cur hic *Joh. Christianus* dicatur, qui illic *Joh. Christophorus* nominatus fuit.

27. LXXI. *Dissertatio, qua* O. J. H. D. E. P. E. Metallurgiæ Pyrotechnicæ & Docimasiæ Metallurgicæ Fundamenta *Eruditis placide disquirenda exhibet* Joh. Christianus Fritschius, *Schvvarzburgicus; Typ. Joh. Jac. Krebs; Acad. Typogr. pl. 11. Recus. cum Op. Chym-Phys-Med. p. 765 - 850. In nostram Linguam translata sic sonat:* Herrn Georg Ernst Stahls, Königl. Preussischen Leib-*Medici* und Hof-Raths, Anweisung zur *Metallurgie*, oder der Metallischen Schmeltz- und Probier-Kunst. Nebst dessen Einleitung zur Grund-*Mixtion* derer unterirrdischen Mineralischen und Metallischen Cörper. Alles mit gründlichen *Rationibus*, *Demonstrationibus*, und *Experimentis*, nach denen Becherischen *Principiis* ausgeführet. Leipzig, bey Caspar Jacob Eyseln. 1720. 8. *pl. 10.*

Præmissa est huic translationi *Præfatio interpretis* non adeo inelegans, & subnexus *Index rerum & materiarum* satis accuratus.

Pro-

Provocat vero ad hanc ſuam Diſſertationem Cl. Autor in *Specim. Becb; p. 50. 98.* & *Diſſ. de Solut. Mart; p.* $\frac{24.}{750.}$ §. *XLI.* & *p.* $\frac{36.}{761.}$ §. *LXXII.* Bedencken vom Schwefel / *p.* 118. ubi quædam hujus Scripti recenſentur fata. 1700.

LXXII. *Diſſ. Inaug. Med; de* ΑΔΔΗΦΑΓΙΑ, *ſive* Intempe- April.
rantia edendi nocua. *Reſp.* Hermann Vogel, *Hervordienſ; Recuſ. Hal. Magdeb; typ. Chr. Henck; Acad. Typogr; 1707. pl. 5. XXVI. g.*

LXXIII. *Diſſ. Medico- Semiotica de* Facie Morborum In- Octobr.
dice *ſeu* Morborum Æſtimatione ex Facie. *Reſp.* Erneſt. Gotthold Struve, *Jenenſ; Recuſ. Hal. Magd; lit. Chr. Henck; Acad. Typ; 1713. pl. 4. XIV. b.*

Prorectorem Univerſitatis Autorem tunc temporis fuiſſe Titulus prodit.

LXXIV. *Obſerv:* Ariſtotelis Error circa Definitionem Naturæ correctus. *Obſſ. Hall; Tom. III. Obſ. VII. p. 141 - - 155. Obſſ. Phyſ- Chym. Med. Cur; 1. p. 3 - - 15. Op. Chym- Phyſ- Med; p. 197 - 204.*

Meminit hujus Diſſertationis Cl. Autor in *Cogitat. de Med. Med. neceſſ; p.* 13, ubi umbram rudimentorum promiſſæ ſuæ *Diaſcepſeos de Natura* vocat. *p.* 46; & *Diſſ. de Miniſt. Art; p.* 6. 11.

LXXV. *Obſervatio de* Arcani Duplicati & Tartari Vitriolati Genealogia. *Obſſ. Hall; Tom. III. Obſ. XI. p. 201 - 218. Obſſ. Phyſ- Chym- Med. Cur; p. 95 - 110. & Op. Chym- Phyſ- Med; p. 258 - 268.*

Locum, quem Cl. Aut. p. $\frac{99.}{260.}$ §. VI. e *Wigandi* tractatu *de Philiatr. Germ. Itin;* allegat, nullo modo in illo reperire potui, licet tertia jam vice illum ſedulo perluſtraverim, niſi forte illa, quæ p. 58. dicuntur, intelligat; Sed nimis generalia illa videntur, quam ut huc quadrare videri queant.

1700. LXXVI. Meteorologiæ Cockio-Sluterianæ Commendatio. *Obss. Hall; Tom. III. Obs. xx. p. 391 - - 404. Obss. Phys-Chym-Med. IV. pag. 35 - - 46. Op. Chym-Phys-Med. Cur; pag. 218 - - 226.*

LXXVII. *Observatio de* Differentia Mixti, Aggregati, Individui. *Obss. Hall; Tom. IV. Obs. xiv. pag. 305 - 333. Obss. Phys-Chym-Med; V. p. 47 - 63. Op. Chym-Phys-Med; p. 226 - 236. In binis autem posterioribus editionibus Titulus sequens est:* De Differentia, Mixti, Texti, Aggregati, & Individui.

Provocat ad hanc Cl. Autor in *Specim. Bech; p. 26.* ubi breviter quidem in *verbis*, prolixe autem, si *res* spectentur, se egisse asserit, Titulo etiam vocem *Structi* in fine adhuc addit; *& Diss. de Mot. Sangu. a Cras; p. 6. §. II.* nec non Bedencken über Bechers Metallurgie. *p. 295.*

1701. Mart. 24. LXXVIII. *Propempt. Inaug. de* Differentia Rationis & Ratiocinationis, & Actionum, *quæ per & secundum utrumque horum Actuum fiunt in negocio* Vitali *&* Animali.

In limine statim declarat, se ab omnibus superfluis & late diffusis ambagibus alienissimum esse, hincque etiam apud multos obscuritatis epicrisin incurrisse; non minus quoque a Speculationibus valde abstractivis aversum animum gerere; Quale quid repetit in *Diss. de Vita. p. 5. Proœm; 5.* Meminit hujus sui Propemptici in *Vindic. de Script; p.* 235. [65.] & *Sciamach; p. 205*, ubi pro intelligentibus abunde, pro non intelligentibus autem minus quam breviter, rem monuisse sibi videtur.

LXXIX. *Diss. Med. Inaug; de* Febris Rationali Ratione. *Resp.* Joh. Frid. Reineccius, *Francohus; Hal. Magd; typ. Christ. Henck; Acad. Typ; pl. 5½. III. g.*

April. LXXX. *Propempt. Inaug; monens,* Anomalias Motuum Vitalium Patheticas non esse Tumultuarias aut Turbulentas. *A rebus Speculativis alienum plane animum se gerere & hic p. 2. profitetur.*

Mentio ejus fit in *Diss. de Nat. Error. Med; p. 26. Sect. IV: de Hyp. Hyst. Mal; p. 45. Cap. VI: Demonstr. de Divers. Corp. Mixt & Viv; pag.*

pag. $\frac{46}{128}$: *Vindic. de Script. suis*, *p.* $\frac{67}{237}$: & denique *Sciamach; p.* 57, ubi ipse veretur, ne brevitas in verbis obscuritati ansam præbere potuerit. 1701.

LXXXI. *Diss. Med. Inaug; de* Vita. *Resp.* Georg. Wilh. Beyer, *Jenens; Hal. Magd; typ. Krebs; Acad. Typ. pl. 2. X. a.*

LXXXII. *Propempt. Inaug; de* Apostaseos & Apostematos Hippocratis Differentia. April. 2.

LXXXIII. *Diss. Med. Inaug; de* Abscessu & Furunculo. *Resp.* Andr. Kœlichen, *Lignitio-Siles; Recus; Hal. Magd; Typ. Chr. Henck; Acad. Typ; 1705. pl. 3. XII. g.* 6.

LXXXIV. *Propempt. Inaug; de* Scarificatione Narium Ægyptiaca.

LXXXV. *Diss. Inaug. Chirurgico-Med; de* Phlebotomia. *Resp.* Andr. Hoffmann, *Berolinus. Hal; typ. Chr. Andr. Zeitler; Acad. Typ; pl. 2. XLIV. g.* 15.

Licet in *Syllabo Dissertationum a Stahlio non elaboratarum* omissa fuisset hæcce Dissertatio, Stylus tamen & tractandi ratio quemvis id facile docerent.

LXXXVI. *Diss. Med. Inaug; de* Febribus Biliosis. *Resp.* Ernst Peter Meuder, *Magdeb; Recus. typ. Chr. Andr. Zeitler; Acad. Typ; 1707. pl. 4. VII. g.* Jun. 25.

Epistola Præsidis ad Candidatum recusa est in *Op. Chym-Phys-Med; p.* 691.

LXXXVII. *Diss. Med. Inaug; de* Hydrope, Ascite *præcipue. Resp.* Joh. Mich. Haucke, *Schvvarzburg; Hal. Magdeb; typ. Joh. Jac. Krebs; Acad. Typ. pl. 5. xx. g.* 27.

Dolendum, elegantem hanc Dissertationem præ cæteris, quibus quidem etiam non desunt, deturpatam esse innumeris & crassissimis mendis.

LXXXVIII. *Disp. Med; qua* Febris in genere Historiam *publicæ Eruditorum disquisitioni proponit* Theophilus Rœnner, *Posonio-Hungarus. Recus. typ. Chr. Andr. Zeitler; Acad. Typ; 1707. pl. 6. II. g.*

1701. Provocat ad hanc ſuam Diſputationem Cl. Autor in *Diſſ. de Febb. Pathol. p. 26. Th. VI,* & jam initium Apologiæ ſuæ contra impugnatores ejus, quod *p. 16. Th. VI. de Pulſus Celeris & frequentis differentia* dicitur, facit, quam dein in *Excuſ. Exam. Pulſ. Cel; p. 36. & 49. Cap. IV.* fuſius proſequitur, ubi etiam hanc noſtram citat Diſputationem & Controverſiæ originem & occaſionem latius explicat. *Diſſ. de Febb. Therap; pag. 18. Sect. II: de Feb. Tert; pag. 34. Cap. IV: de Sanat. per Accid; p. 24. XLIV:* & denique *Vindic. de Script; p.* $\frac{63.}{233.}$

1702. LXXXIX. Suſpiciones Defectuum Judicii Hiſtorici. *Obſſ. Hall; Tom. V. Obſ. VIII. p. 247 - 272. Op. Chym- Phyſ- Med; ubi in Præfatione Opuſculo præmiſſa huic ſuæ Obſervationi aliquid adhuc addit Autor.*

XC. *Obſervatio de* Sollicita Diæta. *Obſſ. Hall; Tom. VI. Obſ. XXVIII. p. 292 - 307: Obſſ. Phyſ- Chym- Med; x. p. 123 - 136. Op. Chym- Phyſ- Med; 267 - 285.*

Jan. 1. XCI. *Dno.* Lucæ Schrœckio *Cogitationes ſuas de* Medicina Medicinæ Neceſſaria, *& propoſitam Diſquiſitionem de* Natura *Senſu Medico, loco penſi ſui Sympoſiaci, &, ex ſua mente, ad modo dictam Medicinæ inſtaurationem* Fundamenti *aperit. Hal. Magd; lit. Chr. Henck; Acad. Typ; pl. 6. II. b.*

Ut plurima lectu digniſſima de Emendatione Medicinæ in his traduntnr Cogitationibus, ita imprimis Cl. Autoris indoles & Studiorum ratio deſcribitur p. 3., de quibus tamen multo uberius diſſerit in *Excuſ. reſp. Exam. Pulſ. Cel; p. 1 - 12. Cap. 1.* Theoriæ ejus natales & differentia ab aliis habentur p. 40. De Scriptis ſuis, quæ non meras tantum ſcopas diſſolutas, ſolo bibliopegi filo conſtringendas, ſed intimiorem quendam nexum inter ſe habentia, neque ita plane otioſe vel e mente vel e calamo elapſa p. 41. monet, repetendo hoc aſſerens in *Præfatione Synopſi Medicinæ ſuæ præmiſſa p. 3.* Hac eadem, ut & p. 47, qua Ariſtotelis admiratorem Autorem noſtrum eſſe, & hinc extorrem in Philoſophia hodie triumphante agendum, oggannienti ſarcaſtice reſpondet, non pauca lectu digna obveniunt; præcipue autem ratio, cur Schediaſmata

ſua

ſua ſparſim & ſub nuda Diſſertationum aut Schediaſmatum forma ediderit, fuſius explicatur p. 42., ubi ſimul aſperitatis ſtyli ſui non penitus diſſimulatæ cauſam reddit Autor, cui jungenda quæ D. D. *Alberti in Præfatione Volum. I. Diſſ. Stahl; p.* 10. hac de re protulit. De Materiæ Medicæ pernecesſaria reformatione graviſſimas tradit animadverſiones p. 34; quas quidem paſſim in ſuis Scriptis crebrius adhuc, potiſſimum autem in *Diſſ. de Poteſt. Art. Med; pag.* 23. *Th. XXXIV.*, repetit. Sed non minimum forſan huc conferret ſolidiſſimus ejusdem *de Præparatis Officinalibus Diſcurſus MSctus* olim ab Auditoribus calamo exceptus, ſi eum aut ipſe ederet, aut ab alio edi permitteret: Cujus quidem jam futuri *nuperrimus Nundinarum Autumnalium Lipſienſium Catalogus* ſpem facit, qui inter libros promiſſos etiam policetur G. E. Stahls Gutachten und Cenſur über die durch Chymiſche Kunſt zubereitete Artzneyen ꝛc. qui liber idem cum memorato noſtro eſſe videtur. De his enim rebus judicium præ multis aliis ferre aptiſſimus Cl. noſter Autor, cum præter ſincerum veri amorem penetrans ſimul & acutiſſimum ei inſit judicium, ut & Rei Medicæ profunda Scientia, & non vulgaris etiam in Chymia experientia. Quam poſteriorem præcipue experimentis ſimplicioribus, non ſolennibus Laborantium Proceſſibus, inſiſtentem ab ipſa ſua pueritia amavit & ſectatus eſt, ut ipſe p. 48. ait, & in *Excuſ. reſp. Exam. Pulſ. Cel; p.* 2. *Cap. I.* ac *Præfat. ad Junckeri Conſpect. Medic. Theor-Pract; p.* 6. repetit, præſertim autem ultimo loco Fermentationis experimentalis notitiam a teneriore ſua juventute ſibi ſuppetiiſſe notat. *Theophili Bonnetti* Labor in *Medicina Septentrionali* collatitia prædicatur p. 38, quod rurſus fit in *Præf. ad Steph. Blancard; Lex. Med; p.* 3. *B.* autem noſtri *D. D. Wurfbainii*, Patris, honorifica mentio fit p. 41. & 44. Denique autem Promiſſi ſui in *Diſſ. de Mot. Ton. Vit; p.* 31. facti recordatur, &, cur hactenus non impletum ſit, rationem reddit, *Diaſcepſin* autem *de Natura* denuo pollicetur ac primaria ejusdem momenta in illa pertractanda recenſet p. 44. 45. & 47. Quæ momenta cum iterato ſuo publico promiſſo denuo in *Diſſ. de Febb. Pathol; p.* 4. *Th. I.* repetit, ubi etiam ad has cogitationes provocat; quarum ulterius in *Diſſ. de Mort. Theor. Med; p.* 10. *Th. II.* & de *Anim. Morb; p.* 25. *XXIX.* meminit. Cum autem crebrius promiſſa hæcce Diaſcepſis lucem nondum viderit, nec, quando eam viſura ſit, conſtet; optandum ſane

1702.

eſſet

1702. esset ut interim solida ac nervosa Ill. nostri Domini Autoris. *Solutio Problematum de Natura, ab inclyta Basiliensium Facultate Medica anno* 1713. *propositorum*, publicæ impertiretur utilitati.

Olympiodori cæterum illi impositum nomen indicat Titulus Schediasmatis.

XCII. *Propempt. Inaug; de* Paralogismo Proportionis Figuræ Pororum Secretoriorum.

Adversarius Autorem nostrum publice de Pulsu Celeri & frequenti aggrediens jam prolixius carpitur p. 1. 2. Communis Propositionis de exquisitissima Proportione Mechanicæ Figuræ Pororum ad Figuram Corpusculorum Humorum ingentes defectus se in primis jam habitis Collegiis demonstrasse & creta ad tabulam depinxisse, & quidem ante, quam necesse esset, ut alius aliud ei demum persuaderet, p. 4. asserit. Objecerat scilicet aliquis, a *Pitcairnio* eum hoc habere, quemadmodum tum ex hoc ipso loco, tum etiam hujus ejusdem rei repetitione in *Demonstr. de ver. Divers. Mixt. & Viv; p.* $\frac{42.}{124}$ nec non *Diss. de Febb. Pathol; p.* 16. *Th. III.* patet; quod hic itaque negat ac negationem suam probat. Cæterum modo dictum *Pitcairnium* in multis faciem hodiernæ Medicinæ concernentibus secum sentire affirmat ibid; Quod denique literas illas ænigmaticas p. 6. spectat, earum solutionem & explicationem Davus ego Oedipis sagacioribus lubens relinquo.

XCIII. *Diss. Med. Inaug; de* Febrium Pathologia in genere. *Resp.* Joh. Nicol. Heunisch, *Schvvarzburg; Recus. Hal. Magdeb; typ. Chr. Andr. Zeitler; Acad. Typ; pl. 6. IV. g.*

Animam impugnatam defendit & adversariis acrius respondet Cl. Autor *p.* 10. *Th. I.* Placita sua neque crude prolata neque sibi invicem contraria esse adstruit & scripta sua defendit *p.* 19. *Th. IV.* Theoriæ suæ de Febribus primum se Autorem vendicat p. 22. & 23. ac de usu ejus & veritate ad universi orbis Practicos confidenter provocat, cum quo loco etiam *Vindic. de Script. suis p.* $\frac{37.}{209.}$ & *Præfat. Synops. Med. Stahl. p.* 4. 5. conferri queunt.

XCIV. Excusatio *respondens Examini* Pulsuum Celeris & Frequentis, *eorumque constans Distinctio, qua demonstratur, quod argumenta adversus illum, iterum publico Scripto prolata, Thesin non feriant. Recus. 1709. pl. 8. VII. a.*

Sic

Sic prodiit tandem, quod in *Diſſ. de Febb. Pathol;* promiſerat, ſcriptum. Et licet Polemicum ſit, in quo forſan præter argu- 1702.
menta rem controverſam concernentia, non facile alia quæras, plurima tamen lectu ac notatu digniſſima hic reperientur, cum per plura gravia & ſpecialia momenta de Cl. noſtri Autoris Indole, Studiorum tum juvenilium tum præſentium ratione, Collegiis, de quibus etiam in *Vindic. de Script. ſuis p.* $\frac{21.}{193.}$ loquitur, & placitorum ſuorum fatis obveniant p. 1-12. Cap. I. & p. 23-25. 29. Cap. III. Sic p. 2. recenſet adminicula, quibus ad veritatem indagandam uſus fuerit: 1.) Reſpectuum nempe & nexuum cauſalium notitiam & promptitudinem; 2.) Matheſeos & Partium ejus Practicarum præcipuarum, Geometriæ, Mechanicæ generalis, Staticæ, Hydraulicæ, ſcientiam & experientiam non ſuperficiariam, ubi plurimum ſe ſinceriſſimo ductui *B. Erhardi Weigelii*, Pro-Soceri noſtri venerandi, debere ingenue fatetur; adoleſcens enim vix XVII. annorum ea, quæcunque in Scoti Technica curioſa comprehenduntur, familiariter perſpectiſſima habuit; 3.) Chymiæ Experimentalis apparatum, in quo negotio nemo Medicus, Chymicus, Doctor aut Profeſſor, demonſtratione una ſola, quantumlibet etiam leviſſima, eum inſtruxiſſe aſſeverare poſſit; unde etiam harum rerum, præſertim Fermentationis experimentalis, notitiam a teneriore juventute ſua ſibi ſuppetiiſſe denuo aſſerit in *Præfatione ad Junckeri Conſpect. Medic; p. 6.* cui addatur etiam **Beweiß von den Saltzen**; *p. 5-19.* Et denique 4.) Anatomiæ atque Zootomiæ ſtudium indefeſſum, & longe certe magis aſſiduum ac ſcrupuloſum quam hodie, quale quid etiam in *Parænef. ad Alien; p.* $\frac{11.}{82.}$ repetit. Pag. 5. inprimis Collegii alicujus Pathologici Jenæ olim habiti mentionem facit, ſimulque hac occaſione monet, Collegia ſua ac Diſſertationes ſine odioſis lucubrationibus & tenebricoſis ſpeculationibus, ultra primam pro viribus attente factam penſitationem, ex ore dictantis atque diſcurrentis peregrinæ manus calamo excepta, & ſibi ipſi, pro teſtimonio in futurum, a ſimili manu deſcripta atque reſtituta eſſe. Pag. 6. confidenter provocat Cenſores, ut illi ex aſſertionibus ſuis Theſium aut Hypotheſium ſuarum Antilogias; Petitiones Principii; gratuitarum Suppoſitionum vel unicam; Suppoſitionum omiſſam vel

1702. demonſtrativam vel probabiliſſimam confirmationem; Ἀνιςορίαν practicam, aut ullius ab illo allegatæ Hiſtoriæ Practicæ eſſentialem aliquam circumſtantiam prætermiſſam; Arroganter jactatam inventionem aut fœdi queſtus gratia turpi mendacio ebuccinata remedia ficta; & denique fluxam aliquam Hypotheſin, aut in Praxi peſſime cedens frivolum tentamen, commonſtrent & indicent; cum quibus merito conferenda, quæ p. 23-25. Cap. III. habentur, ubi etiam ſe ſemper ſibi conſtitiſſe, ſeque & Hypotheſes ſuas eadem ſemper manſiſſe ac perſtitiſſe firmitate, aſſeverat, quod idem p. 29. & *in Diſſ. de Method. Curat; p.* 14. *XVIII.* repetit, modeſte ſimul priori loco admittens, poſſe fieri ut aliqua etiam ſuæ ſententiæ laborent labe, cum non ſuperbe contendat quidquam humani a ſe alienum eſſe; unde etiam refermationi illarum paratiſſimum ſe fore promittit, ſimulatque re ipſa error illi commonſtratus fuerit. Sed dimidia fere Excuſatio tranſcribenda hic eſſet, ſi cuncta circa hanc materiam ſcitu & notatu digna excerpenda forent: Quare ad ipſum fontem remitto Lectorem. Pag. 7. lepidum in Autoris nomen legitur Anagramma. Pag. 33. & 42. Caloris in corpore noſtro cauſam in celeriore progreſſivo motu Sanguinis quærendam eſſe, ſolidam, ſibi propriam, & ſui unius hucuſque, quantum quidem ſciat, Theſin eſſe affirmat. Pag. 36. Sententiam de Febrili Calore a Motu Sanguinis progreſſivo aucto dependente ſibi ſoli hactenus propriam vendicat.

In quem autem proprie univerſa hæc Tractatio directa ſit, pauciſſimos forſan latebit, cum præſertim p. 49. verba Procœmii allegentur, quod *Diſſertationi Inaugurali Pulſuum Theoriam & Praxin examinanti* præmiſſum, quæve Præſide Cl. *Dn. Frid. Hoffmanno* a Reſp. *Joh. Deodat.* Blumen-Troſt habita; Halæ autem lit. Chr. Andr. Zeitleri 1702. impreſſa eſt.

Febr. XCV. *Diſp. Med. Pathol-Practica de* Malignitatis, *præcipue* Febrilis, Indole. *Reſp.* Conr. Burckard Vogther, *Onoldo-Francus. Recuſ. Hal. Magd; typ. Chr. Henck. Acad. Typ;* 1707; & 1723. *pl.* $4\frac{1}{2}$. *IX. g.*

Allegatur hæcce Diſputatio fuſius in Menſe *Majo*, quod quomodo fiat, & filius quaſi ante patrem naſcatur, me latet, niſi forſan Menſis *Majus* alio, quam ejus inſcriptio habet, tempore prodierit.

XCVI.

XCVI. *Propempt. Inaug; de* Periculo Nonæ Diei in Acutis. 1702. April. 2.

XCVII. *Diss. Solenn. Inaug; de* Mortis Theoria Medica. *Resp.* Ernst Gottholdt Struve, *Jenens; Typ. Christ. Andr. Zeitler; Acad. Typ; pl. 5. XI. a.*

Non pauca sane curiosa circa hanc materiam simulque utilia hic habentur, lectori sapienti sine dubio gratissima.

XCVIII. *Propempt. Inaug; de* Opinionibus Medicis. Jun; 4.

XCIX. *Diss. Inaug; de* Morbis Corruptis. *Resp.* Joh. Emmerich, *Urafislav; Recus. Hal. Magd; lit. Chr. Henck; Acad. Typ. 1707. pl. 4. IX. b.*

C. *Diss. Inaug. Med; de* Affectibus Periodicis. *Resp.* Christian. Sigism. Richter; *Typ. Chr. Andr. Zeitler; Acad. Typ. pl. 5. xi. b.*

Programma huic Dissertationi præmissum, quod p. 36. Cap. VI. ipse citat Cl. Autor, nullum nec mihi nec aliis, quos interrogavi, notum; ea autem, quæ de Mensium non solum lunarium, sed trium Septimanarum quartam Periodicam habentium, ex eo allegat, propinquiorem affinitatem habere videntur cum iis, quæ in *Pr. de Fluxus muliebris, quantum Menstrui, causa* dicuntur, licet forsan etiam *Pr. de Periculo nonæ diei in Acutis* hic in considerationem aliquo modo venire queat.

CI. *Propempt. Inaug; de* Fistula Lacrymali. Jul; 1.

CII. *Diss, Inaug. Med; de* Affectibus Oculorum in Genere. *Resp.* Ernst Christian Lange, *Uratisl-Siles; Hal. Magd; Typ. Chr. Andr. Zeitler; Acad. Typ; pl. $4\frac{1}{2}$. xxxii. g.*

CIII. *Propempt. Inaug; de* Methodo Medicandi. 9.

CIV. *Diss. Med. Inaug; de* Vitro Antimonii. *Resp.* Paul Christoph. Richter, *Zittav;* 12.

Hanc videre nondum mihi contigit: A Domino Præside autem non elaboratam *Index Volum. II. Dissertationum suarum* indicat.

CV. *Propempt. Inaug; de* Fluxus Muliebris, quatenus Menstrui, Causa. *Recus. cum* G. E. Stahls ausführl. Abhand- Sept. 14.

1702. handlung von den Zufällen und Kranckheiten des Frauenzimmers 2c. *n. II. sub Titulo:* Untersuchung der Ursache, warum sich die weibliche Zeit eben alle Monathe einzustellen pfleget.

Sept. 16. CVI. *Diss. Inaug. Med; de* Mensium Insolitis Viis. *Resp.* Georg. Frid. Jäschcke, *Stroppa-Siles; Recus. Hal. Magd; lit. Chr. Henck; Acad. Typ; 1707. pl. 4. xviii. g. Recusa etiam cum eodem modo dicto Tractatu Germanico, n. IV. sub Titulo:* Von den ungewöhnlichen Wegen der Monathlichen weiblichen Reinigung.

Octbr. 1. CVII. *Propempt. Inaug; de* Curatione in Charta.

CVIII. *Diss. Inaug. Med; de* Spasmis. *Resp.* Joh. Petr. Pauli, *Gorlic. Lusat; Hal. Magd; lit. Chr. Henck; Acad. Typogr; pl. 3½. xxii. g.*

Argumentum contra Animæ in Actiones Vitales imperium ex ejusdem inscitia & aberratione petitum refutatur p. 19. Cap. V.

1703. CIX. *Observatio de* Metallorum Emendatione, Modico Fructu Profutura. *Obss. Hall; Tom. vii. Obs. xii. p. 282 - 296. Obss. Phys- Chym- Med. Cur; ix. p. 110 - 122. Opusc. Chym- Phys- Med; p. 268 - 276. Vernacula donata sic habet:*

D. Georg Ernst Stahls, Königl. Preussischen Hof-Raths und Leib-Me*dici*, Gedancken von Verbesserung der Metallen, und wie man einen mässigen Gewinst davon ziehen könne. Nürnberg und Altdorf, bey Joh. Dan. Taubers seel. Erben. 1720. *8. pl. 2.*

Præmissa huic translationi *Præfatio Interpretis de Veritate Alchymiæ & Transmutationis Metallorum*, cujus aliquot fide probata recensentur exempla, quibus, si liceret, aliud quoddam omni exceptione majus addere possem, quod nominibus & Sigillis illustrium quorundam Germaniæ nostræ Magnatum munitum, qui non solum testes quin artifices autoptæ fuerunt, sed etiam, præter acutissimum judicium summamque prudentiam, solidissima in rebus Chymicis scientia atque experientia pollent. An cæterum interpres in eadem *Præfatione* fundamentum Observationis & Emendationis in illa tradita tetigerit, alii judicabunt. Forsan autem non imme-

immerito ea, quæ a nobis inferius monentur, conferenda erunt. 1703.
Sub finem tandem Præfationis *Syllabus Tractationum a Cl. Stahlio promissarum* subjungitur; & promissi illius impletio publico nomine ab Ill. Domino Autore efflagitatur; Quas quidem preces ut non penitus despexisse videtur, si Beweiß von den Saltzen. *Præf. p.* 8. inspiciamus, ita ut & in reliquis adhuc latentibus pari nos sorte beare dignetur, est quod impense rursus rogamus. Cæterum in Observatione ipsa *Minera Becheri* Arenaria dijudicatur pag. $\frac{118.\,119.}{273.\,274.}$ §. XV. seqq. De qua ulterius agitur in *Specim. Becher. p.* 20. *fund. XI.* Bedencken über Bechers Metallurgie, *p.* 196. 214. 315. 356. 426. ubi simul ejus *Concordantiæ Chymicæ* mentio fit, *Mineræ* autem *sedes*, licet obscurius, indicatur p. 243. quæ magis expresse ostenditur in *Chym. Dogm. & Experim; p.* 195. §. 8.

CX. *Observatio de* Divisionis & Diffissionis Differentia. *Obss. Hall; Tom. vii. Obs. xix. p. 379 - 412. Obss. Phys-Chym-Med. Cur; vi. p. 63 - 76. & Op. Chym-Phys-* Med; *p. 237 - 245.*

Obscuritatem & Difficultatem sibi imputatam declinat Cl. Autor p. $\frac{65.}{238.}$ §. II. & Philosophos in Charta salse ridet p. $\frac{33.}{243.}$ §. XX. Promissam autem p. $\frac{67.}{245.}$ §. XXVII. Ulteriorem de *Difficultatibus Divisionum & Diffissionum per modum nudi incursus fientium tractationem* hactenus, quantum equidem scio, eruditus orbis nondum vidit.

CXI. Ars Tinctoria Fundamentalis; oder gründliche Anweisung zur Färbe-Kunst, worinnen nicht nur aller erdencklichen Farben Ursprung aus den Haupt-Farben, und deren Vermischungs-Unterscheid, auch der Vermischungen *Ingredientien*, wie die am besten zu machen, benennet; Sondern auch zu Bereitung einer guten und dauerhafften Haupt-Farb von allen Gattungen der rechte Grund gezeiget werden solle. Erstlich aus dem Frantzösischen ins Teutsche übersetzt, und sodann mit höchst-nützlichen Anmerckungen zu oben verheissener Vollkommenheit zum andern mahl gebracht. Franckfurth und Leipzig. Bey Johann Bielcken, Buch-Händler. 8. *Alph.* 1.

 Præ-

1703. Præfationem, cui etiam literæ *G. E. S.* subditæ, præfixit Cl. noster Autor, &, ut ex hac elucescit, Animadversiones simul cuique Paragrapho subjunxit, quæ non levem ejus tum in hoc genere tum in Re Oeconomica tam publica quam privata notitiam, judicii vim, & experientiam testantur.

CXII. Ars Tinctoria Experimentalis; oder Curiöse vollkommene Entdeckung der Färbe-Kunst auf Seyde, Wolle und Leinen Gewand, worinnen aller annehmlichen und dauerhafften, gewöhnlichen und fremden, Frantzösisch- Englisch- und Spanischen Farben vollkömmliche und beste Zubereitung aus meisterlichen vollständigen Unterricht Beschreib- und Eröffnungen nach allen Umständen gezeiget und ausführlich gelehret wird. Samt einem vollständigem Bericht von der Pott- und Weyd-Asche. Allen Kunst-liebenden zur Nachricht, und Probe der Ausländischen Waaren, aus Holländisch- Frantzösisch- Englisch- und Teutschen Färbereyen sorgfältig zusammen getragen. Jena, bey Johann Bielcken. 8. *pl. 10.*

Manum autem huic Arti Tinctoriæ admovisse Cl. nostrum Autorem, tum Præfationis & Animadversionum Stylus, tum ipsæ literæ initiales Præfationi subjunctæ, tum denique Tentam. iv. der Breßl. Sammlung der Natur- und Kunst-Geschichte, *p. 1099. §. 3. ubi expressis verbis Stahlius nominatur, persuaserunt.*

CXIII. Johan. Joachimi Beccheri, *D. Spirensis Germani, Sacr. Cæs.* Maj. *Consil. &* Med. *Elect. Bav*; Physica subterranea, Profundam subterraneorum Genesin e Principiis huc usque ignotis ostendens. *Opus sine pari, primum hactenus & princeps. Editio novissima. Præfatione utili præmissa, Indice locupletissimo adornato, sensuumque & rerum Distinctionibus, libro tersius & curatius edendo operam navavit &* specimen Becherianum Fundamentorum, Documentorum, Experimentorum *subjunxit* Georgius Ernestus Stahl. *D. Prof. Publ. Ord. Hall; Lips. apud Joh. Ludov. Gleditsch; 8. Alph. V.*

Tum

Tum Figura æri incisa titulo præfixa, tum Titulus ipse hujus Editionis, a prioris multum differt. 1703.

In Præfatione sua Cl. Autor e sua commendatione librum hunc ad minimum ab aliquot centenis eruditis majori studio quæsitum innuit p. 5. Tantum autem p. 2. sibi fidere audet, ut in hacce materia, quam hic liber tractat, tantundem se dicere posse confideret, quam quilibet alius, quem noverit. Proverbium suum e prudenti Experientia sane verissimum laudat: *E rebus quantumcunque dubiis, quicquid maxima sentientium turba defendit, error est*, p. 12. Ingenuum & liberalem sibi animum a Deo datum esse p. 13. asserit, ibidemque provocat quisnam illi e Theoriis Experimentalibus Chymicis illas Deductiones & Inventiones, quas ille quidem partim produxerit partim correxerit, & ex se invicem deduxerit, commonstrare possit. *Scriptorum Becherianorum* omnium, ut & *Concordantiæ* ejusdem *Chymicæ* in *Latinum* sermonem translatæ & jam absolutæ, editionem proxime adornandam a *Gleditschio* sperandam esse p. 16. monet, quam tamen hactenus orbis eruditus nondum vidit, licet jam aliquoties etiam in Catalogis nuperis Nundinarum Francofurtensium & Lipsiensium promissio hæcce reiterata sit.

Cæterum suæ sine dubio fuerunt rationes Cl. Stahlio, ob quas omisit Editionis præcendentis:

1.) Dedicationem ad *Ferdinandum Mariam*, Electorem Bavariæ; cum tamen in ea varia *Becheri* scripta quædam & fata concernentia contineantur:

2.) Dedicationem Supplementi primi ad *Christophorum Schorrerum*, ubi paria etiam reperiuntur.

3.) Literas *Petri Schneidii* & van der Mühlen / quarum priores quædam notabilia de Luto cœruleo ejusque Spiritu, a *Bechero* in ipsa Physica adeo laudato, nec non aliis ex opere ipso tentatis Experimentis; Posteriores autem, eleganter & philosophicæ scriptæ, Specialia de Autoris persona referunt.

4.) Vota item applausiva *Nabothi*, & Amanuensis Becheri, *Manzii:*

5.) Dedicationem Supplementi Secundi ad *Leopoldum* Imperatorem, quæ itidem Scripto aliquam fœneratur lucem;

6.) Versus applausivos Gabrlieps van der Mühlen & *Schultes*, Amanuensis Becheri; & denique

7.) In-

1703. 7.) Indicem Librorum tam editorum quam edendorum; uti quidem de hoc ultimo *Frid. Rothscholz in Becheri Opusculis Chymicis rarioribus*, & quidem in *Præfatione p.* 18. *n.* 4., monet.

8.) Cuniculos autem Mineræ Arenariæ omissas ipse dolet Cl. Editor loco memoriæ nunc non obvio. Judicium autem nostri Autoris de hoc libro vide sub *Mens. Septbr. Obss. Chym-Phys-Med. Cur;*

CXIV. *Specimen Becherianum*, *sistens* Fundamenta, Documenta, Experimenta, *quibus* Principia Mixtionis Subterraneæ, & Instrumenta Naturalia *atque* Artificialia *demonstrantur. Ex Autoris Scriptis, colligendo, corrigendo, connectendo, supplendo, concinnatum, exhibet* G. E. Stahl, *D. Prof. Publ. Hall; & Acad. Nat. Cur. Colleg; Lips. apud Joh. Ludov. Gleditsch; anno 1703. Germanice loquitur sequenti sub titulo:* Herrn Georg Ernst Stahls, Königl. Preußischen Leib-*Medici* und Hof-Raths, Einleitung zur Grund-*Mixtion* derer Unterirrdischen und Metallischen Cörper. Alles mit gründlichen *Rationibus*, *Demonstrationibus* und *Experimentis* nach denen *Beccheri*schen *Principiis* ausgeführet, Leipzig bey Casp. Jac. Eysseln. 1720. 8. *Alph.* 1. *pl.* 4. *Appressum scilicet Ejusdem* Anweisung zur Metallurgie 2c. *supra n. LXVI. recensita.*

In Præfationis statim limine obscuritatem styli, cujus Scripta sua arguuntur, prolixe & solide excusat p. 1: Theoriam suam de Liquore Alcahest *Dissertationi Wedekindi de eo* habitæ a se insertam esse monet p. 15. Fund. VIII: Quomodo Phlogiston in Mineralem Mixtionem intime & promtissime revertatur, neminem quemquam, quantum quidem sciat, prius & simplicius se ipso demonstrasse asseverat p. 49. Fund. XVIII: Von Veredlung geringer Gänge notabilia habet p. 57. Fund. XIX: *Gerhardi Dorn* mentionem injicit p. 81. Fund. XXIV., cum quo porro conf. Bedencken über Bechers Naturk. der Met; *p.* 61. 155. 386. Beweiß von Saltzen. *pag.* 15.

Primum se, aut certe cum primis, annotasse & commemorasse *Quod* & *Quomodo* Principia e reliquis duobus Regnis ad Minera-

neralem indolem reducantur, adversus adversarios eum inde ambitionis arguentes defendit p. 98. & 99. Fund. XXVII. 1705.

Epilogum autem Parti primæ per quam gravem & lectu ac consideratu dignum p. 101. subjungit, eandem in genere veritatem im Bedencken vom Schwefel *p.* 253. repetens, ubi ad hunc remittens locum putat, Er habe die Teutsche gründliche Wahrheit geredet. Cum autem tum p. 157. n. 29. & p. 304. n. XXXVI. similiter ad hanc provocet Perorationem, sicque per illam etiam mentem suam de expectationibus, pollicitationibus, & Tentaminibus Alchymicis declarare voluisse videatur; non penitus extra oleas vagabor, si reliqua Ill. nostri Autoris loca, in quibus de his & sic dictorum Processuum commerciis sententiam suam dixit, hnc transferam. Sunt autem illa im Bedencken vom Schwefel/ p, 318. 331. 335, ubi elgantes cautelæ; Bedencken über Bechers Metallurgie / p. 93. 151. 177. 181. 316. 338. 415. & im Beweiß von Saltzen, *p.* 9. *Præf;* 140. 311. 332. 386. Litem de Sulphure vero per artem producendo prolixius recenset p. 107., quod fusius adhuc fit, ad nostrum simul provocando locum, im Bedencken vom Schwefel / *p.* 76. In tribus Principiis Terreis Becherianis se magis ad Dualitatem Materiæ, Triplicitatem autem consistentiæ numericæ, propendere non dissimulat. p. 132, quam quidem sententiam im Bedencken über Bechers Naturkündigung *p. 75. repetit.* Nova & se producere posse, imo aliqua, quæ, si non ad inaudita, ad invisa tamen relata sint, protulisse monet p. 134.

Sed dies potius & charta quam materiæ deficerent, quin universum Specimen ipsum exscribendum esset, si omnia, quæ notatu digna sunt, adducere vellemus. Sufficiant itaque hæc pauca e plurimis aliis Speciminis loco delibata, quorum forsan majorem adhuc numerum ex Cl. Autoris eruditione atque experientia nacti essemus, ni Typographi importunitas & nundinæ imminentes terminum præmaturum imperassent, ut pag. 223. n. 36. & p. 281. conqueritur.

Meminit cæterum hujus Speciminis, & quidem Experimenti *CC.* p. 280., in *Diss. de Salib. Metall; p.* $\frac{15}{27}$. *XV: Diss. de Solut Mart; p.* $\frac{38}{763}$. §. *LXVII:* & denique *Diss. de Vitriol. elog; p.* 46. §. *LXXXII:* ubi *Pars III.* minus recte pro Parte *II.* ponitur, & *Experimentum LXXXIV.* p. 244. & *XCII.* p. 245, prolixius explicatur.

1703. Cæterum peccasse non videbor, si judicium eruditissimi cujusdam & expertissimi Medici ac Chymici, Patroni mihi maxime „colendi, de hoc Supplemento hic referam: Illud nempe Par„tem Physicæ Subterraneæ Becheri Specialem hactenus deside ra„tam largiter supplere: Si quid autem adhuc desit, manuductio„ne percandidi Philalethæ in Comment. ad Epistolas Riplæi id re„sarcitum iri.

Jun. 6. CXV. *Propempt. Inaug; de* Visitatione Ægrorum.

CXVI. *Diss. Inaug. Med; de* Alterantibus & Specificis in genere. *Resp.* Godofr. Sam. Ræsch, *Zullichio-Silesius. Recus. Hal. Magdeb; lit. Chr. Henck; Acad. Typogr. 1711. pl. 5. XXXVI. g.*

Allegatur hæcce Dissertatio a Cl. Autore & illustratur in *Dissert. de Sangv. Temp. opt; pag. 21. §. XLI:* & *Vindic. de Script. suis pag.* 67/237.

CXVII. *Propempt. Inaug;* ΠΕΡΙ ΦΥΣΕΟΣ ΑΠΑΙΔΕΥΤΟΥ.

9. CXVIII. *Diss. Inaug. Med; de* Naturæ Erroribus Medicis. *Resp.* Joh. Christian Volhart, *Budissa-Lusatus. Rec. Hal. Magdeb; lit. Chr. Henck; Acad. Typ; 1707. pl. 7. xxiii. b.*

Programma p. 26. citatum sine dubio Propempticon Inaugurale: *Anomalias Motuum Vitalium Patheticas non esse tumultuarias;* erit.

CXIX. *Propempt. Inaug; de* Dissensu Medicorum.

Brutis non omnem rationem denegatam vult hoc Propempticon, quemadmodum & in Disquis. de Organism. & Mechanism. Differ; p. 22. asseritur, Brutis omne judicium atque Phantasiam omnem minus recte denegari.

CXX. *Diss. Medico-Pract. Inaug; de* Venæ Sectione in Febribus Acutis. *Resp.* Joh. Wolffg. Loges, *Netling-Hildes; Practicus Peinensis. Hal. Magd; typ. Chr. Henck; Acad. Typogr; pl.* $3\frac{1}{2}$. *X. g. Germanicam translationem vide superius n. XLIX.*

10. Cum jam in *Mense Majo* p. 616/657. 9. g. ad hanc suam Dissertationem provocet, hic multo serius, quam supra recensebatur, scriptus videtur.

In

In Vindic; de Script; p. 62./232. non quidem a se, sed tamen ad sua 1703.
dogmata ab Auditoribus, conscriptam asserit. Interim tamen, ubicunque ad eam provocat, semper ad suam quasi provocat.

Sic in *Diss. de Method. Malign. Febbr; &c. p.* 46. *XLVIII.* Rationes suas Experientiæ constanti superstructas esse asseverat, & in *Diss. de Febb. comp. ex acut. Period; p.* 40. §. *LI.* confirmat, fundatam illam esse in Praxi circumspecta.

CXXI. *Diss. Med; de* Hypochondriaco-Hysterico Malo. *Resp.* Michaël Alberti, *Norimb; Rec. Hal. Magd; lit. Chr. Henck; Acad. Typ;* 1708. *pl.* 8. *xix. g. Recusa in nostra Vernacula cum* Georg Ernst Stahls ausführl. Abhandlung von den Zufällen und Kranckheiten des Frauenzimmers, *n. V: Sub Titulo:* Von der sogenannten Miltz- und Mutter-Beschwehrung.

Huc translata hæc Dissertatio, licet binis præcedentibus ob *Mensem April.* Titulo inscriptum prior videbatur: Epistola enim Præsidis sub finem adjuncta die 16. Jul; data est, nec insoliti quid in his Dissertatio nibus est tempus ejus Mensis allegare, qui Propemptici Inauguralis Mensem præcedit, licet hoc ad Dissertationem invitet adeoque ordine ac tempore prius esse deberet. Exempla si desideres, Dissertationes proxime præcedentes inspice, quarum pluribus *Mensem Majum* præfixum, earum autem Propemptica *Junio* insignita, deprehendes.

Citatur in *Diss. de Therap. Pass. Hyp; p.* 16. §. *XVI,* ubi cum verbis de Usu Acidularum in Dissertatione nostra p. 61. habitis conferenda vult verba e *Diss. de Hæmorrhoid. Int. Mot; p.* 27. 28. §. *XXXIII.*

CXXII. *Diss. Inaug. Med; de* Phthisi. *Resp.* Christianus 1704.
Feder, *Rigens; Recus; Hal. Magdeb; lit. Chr. Henck; Acad. Typ;* Jan.
pl. 5. *XIII. g.*

CXXIII. *Diss. Inaug; de* Empeiria Rationali Medica. *Resp.* Febr.
Joh. Godofr. Carstens, *Lubecens; Rec. Hal. Magdeb; typ. Christ. Henck; Acad. Typ;* 1709. *pl.* 5. *XXI. b.*

CXXIV. *Disp. Med; de* Fundamentis Theoriæ Medicæ. *Resp.* Godofr. Meyer, *Berolinens; Hal. Magdeb; lit. Chr. Henck; Acad. Typ; pl.* 6. *iii. b.*

1704. Mart. 7. CXXV. *Propempt. Inaug; de* Confulta utilitate Hæmorrhagiarum.

10. CXXVI. *Diſp. Inaug. Med; de* Erroribus Medicinæ Practicæ. *Reſp.* Mich. Alberti, *Norimberg; Hal. Magd; lit. Chr. Henck; Acad. Typ; pl.* $5\frac{1}{2}$. *xxiv. b.*

Licet Toni negocium a tribus jam luftris ad nauſeam uſque inculcatum ſit, nondum recte tamen ab omnibus intelligi conqueritur Cl. Autor p. 23. Cap. IV, quam querelam in *Diſſ. de Febb. Contag; p. 27. XXXV.* repetit.

CXXVII. *Diſſ. Inaug. Med; de* Febrium Therapia in genere. *Reſp.* Georg. Henr. Henckel, *Martisburg; Hal. Magd; lit. Chr. Henck; Acad. Typ; pl. 4. V. g.*

Et hæc in *Vindic. de Script. ſuis p.* 235. [65.] citatur.

18. CXXVIII. *Propempt. Inaug; de* Philoſophia Hippocratis.

19. CXXIX. *Diſp. Med. Inaug; de* Puerperarum Affectibus. *Reſp.* Joachim Cober, *Pritzvvalcenſ-March; Rec. Hal. Magd; lit. Chr. Henck; Acad. Typ; 1707. pl 6. xxx. g. Noſtro loquitur idiomate in* Georg Ernſt Stahls ausführl. Abhandlung von den Zufällen und Kranckheiten des Frauenzimmers, *n. IX. ſub Titulo:* Von denen Zufällen der Kind-Betterinnen.

CXXX. *Diſſ. Inaug. Med; de* Abortu & Fœtu Mortuo. *Reſp.* Joh. Kanold, *Uratislav-Sileſ; Rec. Hal. Magdeb; lit. Chr. Henck; Acad. Typ; 1708. pl. 5. xxix. g. Recuſa germanice ibidem, n. VI, ſub Titulo:* Von Unrichtiggehen und in Mutter-Leib geſtorbener Frucht.

Jun. CXXXI. *Diſp. Med. Inaug; de* Novitatibus Medicis in genere. *Reſp.* Joh. Mich. Glaſchke, *Reppeno-Neo-Marchic; Hal. Magd; lit. Chr. Henck; Acad. Typ; pl. 3. V. b.*

5. CXXXII. Stephani Blancardi, *Med. Doct;* Lexicon Medicum Græco- Latino- Germanicum, *in quo* Termini totius Artis Medicæ *ſecundum Neotericorum placita definiuntur vel circumſcribuntur, Græca item vocabula ex Originibus ſuis deducuntur.*

tur. Cum Præfatione Georg. Erneſt. Stahlii, *M. D. P. P. O. in* 1704.
Acad. Frideric; Hal. Magd; apud Joh. Frid. Zeitler; Editio hujus libri quinta 1718. jam prodiit. 8.

In *Præfatione* a Cl. Stahlio præmiſſa de Adminiculis & Methodo Artis Medicæ multa præclara diſſeruntur p. 1. ſeqq; Methodi Syſtematicæ damna oſtenduntur p. 4; ubi tamen de Abuſu potius locutum eſſe Dn. Autorem crediderim, cum prudens ejusdem & legitimus uſus minime rejiciendus videatur.

CXXXIII. *Diſſ. Med. Inaug; de* Infantum Affectibus. *Reſp.* 1705.
Chriſtian Hœniſch, *Uratisl-Sileſ; Hal. Magdeb; typ. Chr. Henck;* Mart;
Acad. Typ; pl. 5. xxxi. g.

Herrn Georg Ernſt Stahls, berühmten Königl. Preußiſchen Leib-*Medici* und Hof-Raths, kurtze Unterſuchung der Kranckheiten, welche bey dem kindlichen Alter des Menſchen fürnemlich vorzukommen pflegen. Aus dem Lateiniſchen überſetzt. Leipzig. Bey Caſpar Jacob Eyſſeln 1718. 8. *pl. 5.*

Habetur etiam in dem erſten Theil *ejusdem* aus dem Lateiniſchen überſetzten *Medicini*ſchen Schrifften, *n. iv.*

Pag. 38. mentio fit *Pulveris* cujusdam *pro infantibus*, quod ſupra jam indicatum ſit; Sed nullibi in hac Diſſertatione, omni licet ſtudio & attentione quærens, reperire potui, niſi forſan quis generaliorem ejusmodi Pulveris indicationem p. 31. in §0: *Sane vero &c.* eo intellectum velit. Specialius vero aliquis deſcriptus eſt in *Diſſ. de Alter. & Specif; p. 29. Cap. III.*

CXXXIV. *Diſſ. Med. Inaug; de* Medicinæ & Chirurgiæ April.
perpetuo Nexu. *Reſp.* Georg. Guilh. Schvveitzer, *Regis Boruſſ. Exerc. Medicus Caſtrenſ; Hal. Magd; typ. Chr. Henck; Acad. Typ; pl. 3. xxv. b. Appreſſa*

D. Joh. Adam. Hoffteteri, *Medici Pract. Hall;* Epiſtola gratulatoria, *in qua de* Experientia *&* Ratione, tanquam fulcris & Principiis cognoſcendi in Arte Medica, *agitur, &, utra in negotio inveniendorum præſidiorum Medicorum ſit præferenda, expenditur. Ibid; apud eund; pl. 1½.*

1705. Cæterum e multis aliis gravioribus elegantissimæ hujus Dissertationis momentis notatu sane digna est sententia Cl. Autoris de Chirurgorum & Pharmacopœorum, quin aliorum etiam Medicastrorum, a Praxi Medica depulsione p. 24. Th. XLII.

Maj. 1. CXXXV. *Propempt. Inaug; de* Morbis Acutis.

2. CXXXVI. *Diss. Med. Inaug; de* Frequentia Morborum in Corpore Humano præ Brutis. *Resp.* Erhard. Brunner, *Diessenhof-Helv; Hal. Magdeb; typ. Christ. Henck; Academ. Typogr; pl. 4½. vii. b.*

Promittebatur jam hæc Dissertatio in *Diss. de Infrequ. Morb. Pers; p. 25. Th. IV: de Fundam. Theor. Med; p. 32. Cap. IV*, ubi res novi argumenti, sed solidis documentis innitens, dicitur; & denique *de Abort. & Fœt. mort; p. 3. Proœm;* Citatur inter alia in *Vindic. de Script. suis p.* $\frac{57}{227}$ & $\frac{65}{235}$, ubi novum pariter & inauditum argumentum audit.

CXXXVII. *Diss. Med. Inaug; de* Consuetudinis Efficacia Generali in Actibus Vitalibus s. n. & p. n. *Resp.* Joh. Christoph. Jung, *Glückstadio-Holsatus. Hal. Magd; lit. Chr. Henck; Acad. Typ; pl. 5. xvi. b.*

Mentio hujus Dissertationis fit in *Diss. de Decub. Hum; p. 26. XXIV*, ubi argumentum hoc nervose repetitum est.

Jun; CXXXVIII. *Diss. Med. Inaug; de* Venæ Sectione in Pede & aliis certis Corporis Regionibus. *Resp.* Paul. Daniel Bleibel, *Stolpa-Pomeran; Hal. Magd; lit. Christ. Henck; Acad. Typ; pl. 4½. xxxiv. g. Rec. 1718.*

Germanice sic habet Titulus:

Herr George Ernst Stahls, berühmten Königl. Preußischen Leib-*Medici* und Hof-Raths, gründliche Abhandlung des Aderlassens / so wohl dessen Gebrauchs und Mißbrauchs / als auch dessen besondern *Application* auf dem Fusse und andern gewissen Theilen des Leibes. Nebst einem ausführlichen Bericht was vom Aderlassen in hitzigen Fiebern zu halten seye. Aus dem Lateinischen übersetzet. Leipzig, bey Caspar

Caspar Jacob Eysseln. 1719. 8. *pl. 13. Inserta quoque ejusdem* 1705.
Medicinischer Schrifften Ersten Theil, *n. VI. ibid. apud eundem. 1720.*

Translatæ nempe tum Diss; de VS. in Pede, tum superius n. XLIX. de VSnis Patrocinio, tum n. CXX. de VSne in Febribus acutis, hic habentur, omissis tamen Propempticis Inauguralibus.

CXXXIX. *Propempt. Inaug; de* Auctoritate & Veritate Oct. 19.
Medica.

CXL. *Diss. Inaug. Med; de* Incurabilibus Affectibus, *Resp.* Christian. Meisner, *Lignitio-Silesius, Pract. Grunbergens; Hal. Magd; typ. Chr. Henck; Acad. Typ; pl. 4. XIII. b.*

CXLI. *Disquisitio de* Mechanismi & Organismi Diversi- 1706.
tate. *Qua monstratur quod* peculiaria Genera Physicarum *rerum, quæ & Species numerosas, & individua numerosissima, quin innumera, complectuntur & præ reliquis rebus Naturalibus, adfiendum, transeundum, redeundum aptæ, imò natæ, sunt, non simplicem* Mechanicam *sed vere* Organicam *a priori & a posteriori* Rationem, Destinationem, & Applicationem *habeant; Adeoque talia, qualia sunt, non solum, ut propter finem, fiant, sed etiam omnino fieri debeant. Hal; sumt. & impens. Orphanotr; 1706. pl. 6½.*

Addita Autoris Theoriæ Medicæ, & cum ea 1708. recusa, primo posita loco, omisso tamen Titulo & Argumento.

Cæterum non possum non quin hic subjungam elegans *Hulderici Pelargi Obss. Clinic; Ann. II. p.* 241. effatum: Scientia Mechanismi non rejici debet in Medicina, tantum enim, quantum ulla alia, Stahlio lumen affundit; ast Motor Mechanismi simul non prætereundus. Natura non aliter quam per Motus Mechanicos agit; potest autem eos pro lubitu intendere & augere, aut remittere & imminuere, id quod ut plurimum pro dispositione morali hominis faciet.

CXLII. *Parænesis, ad* Aliena a Medicina Doctrina arcendum: *Quoniam non solum Medicam Doctrinam morentur, turbent,*

1706. *bent, fallant; Sed etiam Aliena ab ipsa Veritate & Usu Practico, animis objiciant. Ubi simul monstratur, quod communes opiniones Physicæ, per inscitiam Mixti & Vivi, & confusionem Materiæ propriarum, atque Motus, proprietatum; imprimis autem per imperitiam Motus a priori ad finem dirigendi, & a posteriori per nudas intentiones pervertendi: & se, & Medicam Theoriam vulgarem, pessum dederint. Hal. lit. Orphanotr; pl. 4.*

Et hæc Theoriæ Medicæ secundo loco præfixa, ac cum ea anno 1708. recusa.

Quomodo Physicam tractarit Cl. Autor vide p. $\frac{11}{62}$; veram autem ejus de Alienis mentem præcipue p. $\frac{18}{69}$.

Febr. CXLIII. *Propempt. Inaug; de* Arte Longa.

CXLIV. *Diss. Med. Inaug; de* Tertiana, Febris Genium universum manifestante. *Resp.* Godofr. Meyer, *Berolinens; Hal. Magdeb; typ. Chr. Henck; Acad. Typogr; pl. 7. VI. g.*

Conqueritur statim in *Præfatione* Cl. Autor, rem ipsam de Febribus quidem assensum invenisse, modum autem rei, aut deductionem ab ipso adornatam, non agnosci.

CXLV. *Diss. Med. Inaug; de* Scorbuti & Venereæ Luis diversis Signis & Medicinis. *Resp.* Georg. Dan. Thebesius; *Haynoviens Siles; Hal. Magd; lit. Chr. Henck; Acad. Typogr; pl. 3½. XXI. g.*

CXLVI. *Diss. Med. Inaug; de* Sanguinis Temperie optima conservanda & restauranda. *Resp.* Theoph. Casim. Eysener, *Delitio-Misnicus. Hal. Magd; lit. Chr. Henck; Acad. Typogr; pl. 4. XVII. b.*

Mart; 27. CXLVII. *Propempt. Inaug; de* Testimoniis Medicis.

30. CXLVIII. *Diss. Med. Inaug; de* Hæreditaria Dispositione ad varios Affectus. *Resp.* Joh. Burchart, *Reval-Livonus. Hal. Magd; lit. Chr. Henck; Acad. Typ; pl. 7. XII. b.*

Animæ Rationalis imperium in corpus suum controversum redditum vindicatur & illustratur p. 17. §. XIII.

CXLIX.

CXLIX. *Diss. Med. Inaug; de* Dysenteria. *Resp.* Jac. Heinr. Heilersieg, *Breford-Gelrus. Rec. Hal. Magd; lit. Chr. Henck; Acad. Typ; 1710. pl. 5. xxvii. g.* 1706.

Addita huic Dissertationi Epistola *Præsidis ad Canditatum, quæ tamen in* Op. Chym-Phys- Med; *omissa.*

CL. *Propemt. Inaug; de* Experimento Fallaci. Apr. 29.

CLI. *Exercitatio Academica de* Sensu Naturæ circa Curationes incongruas & de Noxa exinde proveniente, *ubi ex indole Curationis intrinsecæ seu autocraticæ, quæ ab ipsa Natura perficitur, nec non ex Sensu, quo illa circa Medicamentorum administrationem gaudet, ostenditur, quod Curationes extrinsecus adhibitæ congruere debeant cum ista ipsius Naturæ energia: Quibus demonstratis fons Curationum incongruarum detegitur, & quæ ex illo inconvenientium Curationum Species promanent declaratur, simulque noxa, quæ ex qualibet earum fluit, tum generalis, tum specialis, & specialissima recensetur, nec non Methodus Medeudi, qua damna illa evitari possunt, subjicitur, dirigente* G. E. Stahl, *D. & P. P. in forma Diss. Inaug; habita a* Christian. Frider. Richter, *Sorav- Lusati Hal. Orphanotr. 1706. pl. 9½.*

Ab ipso Domino Respondente hanc esse conscriptam tum Cl. D. Stahlius in *Propempt. Inaug; p.* 8. tum *Index Voluminis II.* suarum Dissertationum, tum denique Styli & Methodi tractandi a Stahlianis diversitas testantur. Ad mentem tamen ejus ut plurimum, & a solertissimo celeberrimi Præceptoris discipulo, multo studio & non minori cum judicio conscripta est.

CLII. *Diss. Med - Chir. Inaug; de* Ambustionibus. *Resp.* Georg. Guil. Buno, *Luneb; Med. Elect. Brunsvv. Luneb. Provincial;* Hal. *Magd; lit. Chr.* Henck; *Acad. Typ; pl. 2½.* Maj.

Et hanc a Domino Resondente conscriptam esse, quemlibet ipsa docebit lectio. In *Syllabo* tamen *Dissertationum a Stahlio non elaboratarum* omissa est.

1706. Jun. 24. CLIII. *Propempt. Inaug; de* Temeritate, Timiditate, Modestia, & Moderatione Medica.

26. CLIV. *Diss. Med. Inaug; de* Curatione Æquivoca. *Resp.* Joh. Frider. König, *Osteroda*-H*annov;* H*al. Magd; lit. Chr.* H*enck; Acad. Typ; pl. 5. xviii. b:*

Promissa jam hæc Dissertatio in *Diss. de VS. Ped; pag. 5. Procem;* Num vero etiam hoc Promissum in *Mense Majo p.* $\frac{601.}{648}$ factum, & in *Diss. de Incur. Affect; p.* 8. *IX.* repetitum, impletum sit, aut potius adhuc Commentarius de Curatione Æquivoca in *Gedeonis Harvei Tr. de Curat. Morb. per Expectat;* sperandus sit, ambigo adhuc cum interprete der Gedancken Herrn Stahls von Verbesserung der Metallen. *p.* 15, *n.* 6. & 7. Optandum autem, ut tam certe hæc nostra spes impleatur, quam promissio Autoris de *Purgationis Usu æquivoco in Febribus p.* 25. *LVIII.* data & in Mense *Junio* impleta.

1707. CLV. *De* Vera Diversitate Corporis mixti & vivi, & utriusque peculiarium conditionum atque proprietatum necessaria directione, Demonstratio. *Qua uberius declaratur, quod non solum decens atque sufficiens consideratio Vivi Corporis, quatenus talis, nec in Physicis, nec in Medicis Scholis hucusque instituta sit: Sed inprimis etiam in Medica Schola hujus rei defectus in culpa sit, ut non solum Theoriæ, sed etiam Rationalis Praxeos, omnis spes atque conatus in irritum hactenus ceciderit. Pro vero atque solido Fundamento Medicæ Doctrinæ, proposita, & tanquam apex Præcognitorum Physico* - Me*dicorum exhibita.* Hal. Magd; *Sumt. & lit. Orphanotr; pl. 12. V. a. Similiter Theoriæ* M*edicæ præfixa & cum eadem anno 1708. recusa, tertio militans loco, ubi Tituli primæ voces sequenti ordine mutatæ:* De Mixti & Vivi Corporis Diversitate &c.

Adversariis & Censoribus suis respondet, ac Demonstrationum suarum veritatem vendicat p. $\frac{83.}{165.}$

Febr; 20. CLVI. *Propempt. Inaug; de* Logica Medica.

CLVII.

CLVII. *Diss. Inaug.* Med; *de* Sanatione per Accidens. 1706. *Resp.* Gottfried Sachse, *Lignit-Siles; lit. Chr.* Henck; *Acad. Typ*; Febr. 22. *pl. 5. xix. b.*

CLVIII. *Propempt; Inaug; de* Constantia Medica.

CLIX. *Diss. Inaug.* Med; *de* Medicina sine Medico. *Resp.* 26. Christoph. Berghauer, *Gardeleg-Palæo Marchicus. lit. Chr* Henck; *Acad. Typ; rec. 1723. pl. 5. xx. b.*

Subjuncta *Mich. Alberti Epistola gratulatoria*, in qua *Mysterium Naturæ in Medicina* explicatur.

CLX. *G. E. Stahlii*, M. *D. & Prof. Publ. Hall*; Disputationes Medicæ, tum Epistolares, tum Academicæ, in unum Volumen congestæ & commodioris Usus ac Connexionis gratia in tres Partes digestæ, *quarum*

I. *continet* Medico-Physiologicas,

II. Theoretico-Practicas *generales*,

III. Theoretico-Practicas *Speciales.*

Adjecto Indice Universali. H*al.* M*agd; Typ. Chr.* Henck; *Acad. Typ*; *Præmissa est* Præfatio D. D. Mich. Alberti, *fundamenta & rationem Digestionis harum Dissertationum exhibens, ubi etiam p. 10. de Stylo Cl. Stahlii quædam monentur.*

Optandum cæterum, ut singulis Dissertationibus in Elencho Propemptica Inauguralia simul addita fuissent, cum plures emptores ignari sint, quibus Dissertationibus Propemptica, & qualia illa, præmissa sint; Librarii autem altum, si quæ deficiant, de iis servent silentium, sicque mutilum permultis obtingat opus. Expertus loquor, qui hiatus meorum voluminum, Halis licet non levi precio allatorum, non sine sumtuum, operæ, & temporis dispendio supplere coactus fui, nec adhuc penitus supplere potui.

Cæterum Index rerum plagis XV. constat, & primaria Dissertationum momenta complectitur. Cum autem non in unum volumen denuo impressæ aut continua paginarum serie notatæ, sed singulæ tantum in hunc ordinem collectæ & digestæ sint, tum Collectori indicatio locorum, tum eorum inquisitio lectori, operosior aliquantulum evasit. Id tamen commodi inde resultat iis,

1707. qui singulas jam Autoris Dissertationes possident, ut, inutilibus his redditis, novum Volumen denuo persolvere non opus habeant, ut quidem cum multorum aliorum Scriptis inique fit; sed Indicem tantum cum Præfatione ac Titulo, easdemque, quæ adhuc desunt, Dissertationes levi precio sibi comparare queant.

CLXI. *De* Scriptis suis *ad hunc usque diem* Schediasmatibus, Vindiciæ quædam, & Indicia. *Hal; lit. Orphanotr; pl. 9.*

Addita etiam Theoria Medica, & cum ea recusa anno 1708; quartum obtinendo locum.

Cum hoc Scriptum Introductio quasi & Apologia suorum Schediasmatum ad annum 1707. usque editorum sit, qua horum nexus, ordo, & fundamenta docentur, & affrictæ ab adversariis maculæ deterguntur, plurima notatu digna de Autoris Indole, Studiis, Fatis, Scriptisque hic reperiri quivis facile conjiciet. Sic enim in limine statim Præfationis p. $\overset{3.}{175}$. Schediis suis varia revera laude dignissima inesse asserit, quæ tamen non tam sua quam Divinæ Benignitatis beneficia esse & dici vult. Adversarios & Censores p. $\overset{4.}{176}$. reprehendit. Plagium sibi imputari p. $\overset{5.}{177}$. conqueritur, quod autem p. $\overset{15.}{187}$. declinat. Cum quo etiam confer. Bedencken über Bechers Naturkündigung. p. 65.

Ad exscribendum & Locos communes conquirendum se totum inidoneum esse, sed potius Experientiæ & Observationi studere, p. $\overset{20.}{192}$. affirmat. Collegiorum suorum Jenæ olim habitorum p. $\overset{21.}{193}$. mentionem injicit.

De *Gerhardo Columba* prolixe differit p. $\overset{31.}{203}$. ubi addenda, quæ in *Dissertatione de Min. Mal. Med; p. 38. L: De Error. Pract. circa Cont; p. 26. §. XXXII: & Mense Junio p. 665.* porro de illo dicuntur. Cur alios Autores rarius, sua autem ipsius Scripta crebrius, allegarit rationem dat p. $\overset{34}{206}$ & $\overset{68.}{238}$. Differentiam inter suam & aliorum Theoriam p. $\overset{35}{207}$. indicat.

Et denique multa, quæ primus vel nemine docente didicerit vel docuerit, passim enarrat.

CLXII.

CLXII. *Diagramma de* Veræ ΠΡΟΕΞΕΥΚΡΙΣΕΟΣ Medicæ Practicæ Vera Dignitate, & Vero in Acutis Fundamento. *Occasione Aphorismorum Hippocraticorum I. Aph. 22. & 24. & II. 29. Hal; lit. Orphanotr; 1707. pl. 11.* 1707.

Se Scripta sua inter numerosas distractiones aliis in calamum dictare, nec tamen unam sententiam sine considerantia temere ponere, p. 74. asserit. Memoriæ suæ præstantiam laudat p. 80;

Personales contentiones & Polypragmosynen se aversari, & in aula Supremorum ac infimorum gratiæ ac amoris testimonia desiderio majora possidere asserit p, 82. Sect. ult.

Cum autem in *Diss. de Feb. Catarrh. mal; p. 36. LXX.* prolata de Casu nostri Diagrammatis manifesto intelligenda videantur, quin hoc ipsum in Parenthesi ejusdem §i. promissum; ipsa autem Dissertatio 1708. habita, Diagramma vero nostrum anno 1707. editum sit: Quomodo hæc concilianda sint Cl. Autor optime dirimet.

CLXIII. *Propempt. Inaug; de* Judicio Difficili. April;

CLXIV. *Diss. Med. Inaug; de* Febribus Secundariis. *Resp.* David Guilielm. Pauli, *Uratisl-Siles; Hal. Magd; lit. Chr. Henck; Acad. Typogr; pl. 7½. xxvi.*

CLXV. *Propempt. Inaug; de* Syncretismo Medico. 6.

CLXVI. *Disp. Inaug. Med; de* Acrisia in Febribus. *Resp.* Joh. Ferdin. Curæus, *Uratisl-Siles; Hal. Magd; lit. Chr. Henck; Acad. Typ; pl. 5. xxxii.*

Allegatur in *Diss. de Period. Acut; pag.* 10. *IV:* & 14. *XVI:* ubi omnia pro tota dignitate objecti nequaquam deduxisse fatetur.

CLXVII. *Propempt. Inaug; de* Historiæ Morborum Criterio. 13.

Promissum jam in Pr. de *Syncretismo Medico.*

CLXVIII. *Disp. Inaug. Med; de* Transpiratione impedita. *Resp.* Joh. Dan. Loth, *Mageborn-Misn; Hal. Magd; lit. Chr. Henck; Acad. Typ; pl. 3½. XLVIII.*

1707. Maj; CLXIX. *Diss. Med. Inaug; de* Adstringentium Cauto Usu. *Resp.* Samuel Schvvieder, *Olsna-Siles; Hal. Magd; lit. Chr. Henck; Acad. Typ; rec: 1723. pl. 4½. XLVII.*

Jun; CLXX. *Diss. Med. Inaug; de* Impostura Opii. *Resp.* Joh. Georg. Brunschwitz, *Uratisl-Siles; Hal. Magd; lit. Chr. Henck; Acad. Typ; pl. 5. XLIX.*

Sept. 27. CLXXI. *Propempt. Inaug; de* Criterio Experimentorum Medicorum.

CLXXII. *Diss. Med. Inaug; de* Metaschematismo Morborum. *Resp.* Henr. Dan. Oheimb. *Uratisl-Siles; Hal. Magd; lit. Chr. Henck; Acad. Typ; recus. 1723. pl. 5½. VI.*

Provocatur huc in *Diss. de Complic. Morb; p. 5. Proœm;* ubi inter Scripta Cl. Autoris ab ipso præ reliquis commendata legitur.

CLXXIII. *Diss. Med. Inaug; de* Rheumatismo. *Resp.* Godofr. Müller, *Hernstad-Siles; Hal. Magd; lit. Chr. Henck; Acad. Typ; pl. 7. XXXV.*

1708. CLXXIV. Theoria Medica Vera, Physiologiam & Pathologiam, tanquam Doctrinæ Medicæ Partes vere comtemplativas, e Naturæ & Artis veris Fundamentis, *intaminata Ratione, & inconcussa Experientia sistens. Hal; lit. Orphanotr; 1708.*

Continentur hoc libro

1. *Præfatio generalis;*
2. *Disquisitio de Mechanismi & Organismi Diversitate;*
3. *Parænesis ad Aliena a Medica Doctrina arcendum;*
4. *Demonstratio de Mixti & Vivi vera Diversitate;*
5. *Vindiciæ de Scriptis suis.*

Quorum quidem singulurum Tituli supra n. CXLI. CXLII. CLV. CLXI. jam relati sunt.

6. *Medicinæ Dogmatico-Systematicæ Partis Theoreticæ Sectio I.*, quam constituit *Physiologia, veris Physicis atque Organicis Conditionibus & Medico scopo præcipue vendicata.* Hal; lit. Orphanotr; 1707. Alph. 1. pl. 20½. Præfixum est Proœmium, & subjunctus Index peculiaris.

7. Me-

7. *Medicinæ Dogmatico-Syſtematicæ Partis Theoreticæ Sect. II.* quam conſtituit *Pathologia. Veram Hiſtoriam & habitum ad Oeconomiam Vitalem, Morborum eorumque Cauſarum; quatenus Medicæ Arti ſubjacent & obſequuntur, exhibens.* Peculiari methodo adornata. Hal; lit. Orphanotr; 1707. Alph. IV. pl. XVIII. Subnexus index realis. 1708.

Recuſa hæc Theoria anno 1708., ſicque eodem, quo prior Editio prodiit, anno, ſi Titulo ejuſdem fides habenda. Cum autem ejus Parti Phyſiologicæ & Pathologicæ annus 1707. præfixus ſit, Sphalma Typographicum Tituli generalioris ſubeſſe videtur.

Differt autem poſterior hæc editio a priori

1. Serie paginarum, quæ a primo Schediaſmate ad ultimum uſque Pathologiæ terminum continuo filo decurrit; cum in priori ſingulum quoddam Schediaſma peculiaribus numeratum fuerit paginis, unde etiam in Indice non levis moleſtia orta eſt:

2. Diſquiſitionis, Paræneſeos, & Demonſtrationis Titulus non, ut in priori, verſalibus, ſed currentibus, literis impreſſus.

3. Phyſiologiæ & Pathologiæ Titulus abbreviatus, & omnia poſt vocem *Phyſiologia* & *Pathologia* in priori editione ſequentia omiſſa ſunt. Quemadmodum & in omnium Schdiaſmatum & Partium Titulis Locus & Annus impreſſionis omiſſi ſunt, qui in priori editione additi erant.

4. Index Phyſiologiæ & Pathologiæ majori commodo in unum totius operis conflatus: Plurimum quidem etiam emendatus & auctus, ſed tamen non adeo abſolutus, quin adhuc multa in ipſo opere contenta gravia momenta in illo fruſtra quærantur.

Sic enim *Calidum innatum*, p. $\frac{45.}{287.}$ *Logū & Logismū* differentia, p. $\frac{24.}{266.}$ *Spirituum Animalium rejectio* p. $\frac{19.}{261.}$, & ſimilia plura omiſſa; nec etiam omnes Theſes Cl. Autori noſtro propriæ & peculiares notatæ ſunt; ut ſeriem Alphabeticam non ſemper adeo ſtricte ſub ſingulis literis obſervatam nunc taceam; Sicut etiam de Addendis ad literam A. & D. nunc nihil dicam, quæ quidem in priori editione in juſtum locum redacta fuerunt.

Conveniunt autem ambæ editiones in *Sphalmatibus*, quæ nempe eadem, ac in priori, in poſteriori obveniunt. In *Materia* quoque, quæ ſcilicet nullatenus aucta & immutata, unde etiam eædem paginarum columnæ, quæ in priori, in poſteriori retinentur.

1708. tur. Denique optandum adhuc esset, ut etiam Elenchus Capitum operi huic utilissimo additus fuisset.

Congesti cæterum hic & in ordinem systematicum digesti sunt potissimi editorum hactenus Cl. Autoris Scriptorum apices, & tot notatu dignissimis ac utilissimis rebus hic liber refertus est, ut charta, tempus, & patientia prius, quam materia excerpendi & referendi, deficerent.

In Physiologia, & quidem in fine ejus Præfationis p. $\frac{10}{252}$., indicat, se in mente habuisse Characteris diversitate illa, quæ plus ad Physicam quam simplicius ad rem Medicam respiciunt, in Physiologia decernere, cujus sane laboris non exiguas a plurimis tulisset grates.

Mart. 24. CLXXV. *Propempt. Inaug. Med; de* Intempestiva assumtione Medicamentorum.

CLXXVI. *Diss. Med. Inaug; de* Periodis Acutarum, *sine* Criseos Eventu, exquisitis. *Resp.* Maurit. Andr. Schulze, *Berol-March; Hal. Magd; lit. Chr. Henck; Acad. Typ; pl. 5. XI.*

CLXXVII. *Diss. Med. Inaug; de* Teneris Ægris. *Resp.* Rudolf. Gottlieb Rehfeldt, *Berolin- March; Hal. Magdeb; lit. Chr. Henck; Acad. Typ; rec. 1723. pl. 4. V.*

Adjuncta Joh. Dan. Gohl. *Dissertatio Epistolaris de* regimine Febrium Acutarum, *pl. 2.*

CLXXVIII. *Diss. Med. Inaug; de* Febre Catarrhali Maligna. *Resp.* Christian. Ludov. Fergen, *Gotha-Thuring; Hal. Magd; lit. Chr. Henck; Acad. Typ; pl. 5½. xxvii.*

April; CLXXIX. *Diss. Inaug. Med; de* Motus Voluntarii Usu Medico. *Resp.* Joh. Docho, *Templin-Ucaro-Marchic; Hal. Magd; lit. Chr. Henck; Acad. Typ; pl. 5. LI.*

Allegatur eruditissima hæc Dissertatio in Theor. Med. Pathol; ut nuper habita; quæ tamen, ut quidem Titulus præ se fert, anno 1707. jam impressa, cum nostra Dissertatio anno 1708. demum habita sit.

CLXXX. *Diss. Med. Inaug; de* Methodo Malignas Febres secundum Rationem & Experientiam rite tractandi. *Resp.* Godofr. Henr. Ulau, *Lips; Hal. Magd; lit. Chr. Henck; Acad. Typ; rec. 1713. pl. 6, xxxiii.* 1708. Jun;

CLXXXI. *Diss. Med-Chym. Inaug; de* Salibus Metallicis. *Resp.* Godofr. Roth, *Gœrlic-Lusat; Hal. Magd; lit. Chr. Henck; Acad. Typ; pl.* $3\frac{1}{2}$.

Germanico idiomate donata in dem Anhang zu Gottfried Rothens Chymie von den Metallischen Saltzen ꝛc. Leipzig, bey Casp. Jac. Eysseln. 1720. 8.

Cæterum hujus Dissertationis Autorem non Stahlium, sed Dominum Respondentem, esse, tum ex Stylo tum *Syllabo Indicis Voluminis IIdi* elucescit.

CLXXXII. *Propempt. Inaug; de* Privata Dispensatione Medicamentorum. *Recus. cum Dn. Consil.* Mich. Albert; *System. Jurisprud. Med; Part. II. Cas. LXII. p. 625-634.* Jul; 15.

CLXXXIII. *Diss. Med. Inaug; de* Animi Morbis. *Resp.* Christoph. Phil. Schmidt, *Osnabruga-Guestphal; Hal. Magd; lit. Chr. Henck; Acad. Typ; pl. 7. xxxvi. Recus. 1720.* 18.

Animæ Imperium in Corpus solidis Argumentis contra adversarios rursus vindicatur p. 28. XXIX.

CLXXXIV. *Propempt. Inaug; de* Fidis Remediis. 31.

CLXXXV. *Diss. Med. Inaug; de* Consilio Medico. *Resp.* Joh. Christian Daum, *Cygnea-Misnicus. Hal. Magdeb; lit. Chr. Henck; Acad. Typogr; pl.* $2\frac{1}{2}$. *vii.*

Allegatur quidem hæc Dissertatio in *Diss.* de *Med. Med. Cur; p. 42. §. XXXV:* Sed nec verba nec Thesin ibidem citata in hac reperire datum: ut ita in Titulo Dissertationis denominando Sphalma surrepsisse videatur.

CLXXXVI. *Propempt. Inaug; de* Medicis e Pharmacopolio. Aug; 20.

1708. Aug; 22. CLXXXVII. *Diss. Med. Inaug;* de Multitudinis Remediorum Abusu. *Resp.* Barthold Wichers, H*amburg*; *Hal. Magd; lit. Chr. Henck; Acad. Typ; rec. 1723. pl. 6. LII.*

26. CLXXXVIII. *Propempt. Inaug;* de Casibus Medicis Practicis.

Septb. 1. CLXXXIX. *Diss. Med. Inaug; de* Diæta. *Resp.* Justus Tottinus, *Mittavia-Curlandus. Hal. Magdeb; lit. Chr. Henck; Acad. Typogr; pl. 5. L.*

CXC. *Diss. Med. Inaug; de* Affectibus Gravidarum. *Resp.* David Dittmann, *Vilna-Lithuan; Hal. Magdeb; typ. Chr. Henck; Acad. Typogr; pl. 7. xxxvii. Recus. 1724.* in G. E. Stahls ausführlicher Abhandlung von den Zufällen und Kranckheiten des Frauenzimmers *n. vii, sub Titulo:* Von denen Zufällen derer Schwangern.

Annexa Domini Præsidis ad Dominum Candidatum *Epistola* cum *Op. Chym-Phys-Med; p. 700. n. 17.* rursus impressa. Ipsa autem Dissertatio ipsi Præsidi dedicata est.

25. CXCI. *Propempt. Inaug;* Historiam Pathologicam Affectuum cum Coxarum Dolore Symbolizantium Hippocraticam exhibens. *Recus. cum D. D.* Alberti Tr. Hœmorrhoid; *1722.*

Paraphrasis hoc quasi in *Text. 45 - 48. Lib. II. Prorrhet. Hippocratis* est, ut ipse in pluribus locis sic vocat Cl. Dominus Autor.

CXCII. *Diss. Med. Inaug; de* Regimine. *Resp.* Joh. Christian Kundtmann, *Uratisl-Siles; Hal. Magd; typ. Chr. Henck; Acad. Typ; pl. 7. XLVI.*

Octobr. CXCIII. *Diss. Med. Inaug; de* Flatulentia. *Resp.* Joh. Adam Külbel, *Nerchav-Misnic; Hal. Magdeb; lit. Chr. Henck; Acad. Typ; pl. 6. xxxviii.*

Promissa jam in *Diss. de Error. Med. Pract; p. 34. Cap. VI.*

1709. CXCIV. Observationes Physico-Chymico-Medicæ curiosæ: *Antehac Observationibus Hallensibus selectis ad rem literariam*

riam spectantibus sparsim inserta; nunc vero in unum Fasciculum 1709.
collecta in gratiam quorundam Philiatrorum edita. Anno 1709. 8.

Sola *Observatio de Suspicione Defectuum Judicii Historici* in hac collectione omissa est, quæ tamen in *Op. Chym-Phys-Med; p. 195.* rursus addita.

CXCV. *Diss. Inaug. Med;* Morbos Acutos veterum sistens. Jan;26.
Resp. Dan. Henning Bœten, *Gedano-Prussus, Hal. Hermundur; lit. Chr. Henck; Acad. Typ; pl. 6. xxxiv.*

Annexa est in fine *Epistola* Præsidis ad Candidatum, quæ cum *Op. Chym-Phys-Med; p. 702. n. VII.* recusa.

CXCVI. *Diss. Inaug; Med; de* Motus Sanguinis a crasi & Febr.
viis non pendentibus vitiis prudenter tractandis. *Resp. M.* Joh. Sim. Bauermüller, *Dettelbaco-Francus, Med Pract; Hal. Hermundur; lit. Chr. Henck; Acad. Typ; pl. 5½. XLIV.*

CXCVII. *Diss; Inaug. Medico-Pract; de* Curatione Morborum e Fundamento. *Resp.* Adam. Frid. Pezold, *Sayda-Misnicus Hal. Magd; lit. Chr. Henck; Acad. Typ; pl. 5. xii.*

CXCVIII. *Diss. Med. Inaug; de* Abstinentia Medici. *Resp.* April;
Gottfried Bateldt, *Uratisl-Siles; Hal. Magd; lit. Chr. Henck; Acad. Typ; pl. 3. xiv.*

Subjuncta est *Diss. Epistolar. Georg. Henr.* Kronmanns / M Dr; ad Respondentem de *Sanitate Humana.* pl. 1.

CXCIX. *Diss. Med. Inaug; de* Febribus compositis ex acuta periodo. *Resp.* Carol. Christian. Achusius, *Altschlag-Pomer; Hal. Magd; lit. Chr. Henck; Acad. Typ; pl. 6. xxxi.*

Subjuncta est *Epistola Domini Præsidis* ad Candidatum, quæ cum *Op. Chym-Phys-Med; p. 695. n. IV.* recusa.

CC. *Diss. Med. Inaug; de* Methodica curatione. *Resp.* Jun;
Joh. Casp. Buchholtz, *Haseluna-Monast; Hal. Magdeb; lit. Chr. Henck; Acad. Typ; pl. 5½. xiii.*

CCI. *Diss. Inaug. Medico-Pract; de* Variolis & Morbilis. Octobr;
Resp. Nathanaël Berendt, *Borusso-Dantisc; Hal. Magd; Typ. Chr. Henck; Acad. Typ; pl. 8. XXX. Recusa nostro idiomate cum* Hulderici

1709. rici Pelargi Ersten *Medicini*schen Jahr-Gangs 2ten Theil *sub Titulo:* G. E. Stahls rc. ausführliche Abhandlung der Blattern und Masern.

Annexa *Epistola Domini Præsidis* ad Candidatum, cum *Op. Chym-Phys-Med*; *p.* 704. *n. VIII.* recusa.

CCII. Gründlicher Bericht von der Balsamischen Blut-reinigend, und *confortir*enden Pillen, wie auch auf sonderbares Verlangen, von des rothen Fluß- Magen- und Stein-Pulvers, zuverlässiger sonderbaren Würckung, und rechten Gebrauch.

NB. Welche Schächtl. mit diesem meinem *Signet* bedruckt nicht verschickt werden, solche sind vor falsch zu achten, und dienet zur Warnung, daß meine Pillen sonst niemand, wie der auch Nahmen haben möchte, in Händen sind, sondern bloß fälschlich davor ausgegeben werden müsten. Halle, zu finden bey Christian Henckeln, *Univers*-Buchdruckern. 1712. *Rec*; *1716. pl.* $4\frac{1}{2}$.

Binæ hæ editiones per omnia inter se conveniunt, adeo quidem ut etiam Sphalmata prioris in posteriori remanserint si unicum prioris p. 29. Esserlich in posterioris recte in Eusserlich mutatum excipias; ubi tamen rursus in posteriori p. 18. dosis Specierum de Hyac; *6. a Gr.* ponitur, quæ in priori *6. a* 8. *Gr.* recte extiterat. P. 21. autem, lin. 17, ich superflue, ut & p. 23. lin. 27. so gar, p. 29. vero, lin. 14, werden pro wird erronee, in utraque legitur.

Binis autem his Editionibus antiquiorem aliam existere, e pag. 4. & 24. harum elucescit; Sed vix uno aut duobus annis eas antecessisse, e priori loco concludere licet. Ideo etiam huic Schediasmati sub hoc anno locus suus assignatus, cum primæ editionis mihi nondum notæ annus a me ignoratus fuerit. Non inconsultum cæterum fuisset, si Autor Cl. Sigillum suum eo loco, qui in hunc finem vacuus relictus est, subjunxisset, ut ipsa voce demonstrativa diesem spem fecit: Sic enim multiplici spuriarum pro genuinis divenditarum Pilularum fraudi obex aliquatenus poneretur, & tum laudatissimi Medicamenti fama tum multorum homi-

hominum Salus non adeo periclitaretur. Ipse ego talem adhuc 1709.
servo scatulam sigillo ab Autoris penitus alieno munitam, qua Pilulæ pro Stahlianis creberrime venditæ continebantur; Quemadmodum etiam Specificum Cephalicum Michaëlis pro Pulvere Salino rubro Stahlii ignaris aliquoties obtrusum novi. Cum denique Autoris nomen huic Schedio non additus sit, multi olim, cujusnam hæ Pilulæ hicque Pulvis Medicamenta sint, forsan ignorarunt.

CCIII. *D.* Georg Ernst Stahls, *P. P.* zu Halle, wohlmeynende Erinnerung, wegen einiger, bey noch anhaltend hier und da *grassi*render rothen und weissen Ruhr mit mehrerley bedencklichen Zufällen, bey ihme befindlichen unter GOttes Beystand zuverlässigen Artzney-Mitteln. Halle, druckts Christian Henckel, *Univers*-Buchdrucker. *pl. 1.*

Cum annus impressionis non additus, nec etiam mihi notus, sit, huc ob materiæ affinitatem, Medicamentorum nempe divulgationem, collocandum duxi. Utrumque tamen hoc Schediasma cum in Henckelii catalogo anni 1709. inveniam; In Annalibus Uratislaviensibus etiam posterius anno 1709. lucem vidisse narretur; huc referre æquum duxi.

Qui cæterum reliqua Cl. Autoris Scripta attentius perlustraverit, aliquatenus forsan conjiciendo assequi poterit, quænam proprie laudata hic sint Medicamenta, de quibus alio tempore meam explicabo suspicionem: Annon interim *Dissertatio* Cl. Autoris *de Dysenteria*, præcipue autem *p.* 35. *seqq. Cap. V.*, ejusdem aliquam fœneratura sit lucem, judicent qui possunt.

CCIV. *Diss. Med. Inaug; de* Fine Mensium initiis Morbo- 1710.
rum variorum opportuno. *Resp.* Simon Dan. Titius, *Uratisl-* Febr.
Siles; Hal. Magd; lit. Chr. Henck; Acad. Typ; pl. 5. XLV. Recus. 1724. vernacula lingua cum G. E. Stahls ausführliche Abhandlung von den Zufällen und Kranckheiten des Frauenzimmers *n. X. sub Titulo:* Von der natürlichen Endschafft der weiblichen Reinigung / und wie solche ein Anfang und eine Ursache vielerley Beschwerungen und Kranckheiten seye.

1710. CCV. *Diss. Inaug. Medico-Pract; de* Salivatione Mercuriali, aliis præter Luem veneream morbis rebellibus extirpandis pari, *Resp.* Joh. Dan. Isaac, *Gœrlic-Hexapol; Hal. Magd; lit. Chr. Henck; Acad. Typ; pl.* $3\frac{1}{2}$.

Non a Domino Præside conscriptam hanc esse Dissertationem, quemcunque ipsa facile docebit lectio, ut & *Syllabus Indicis in Volumine IIdo Dissertationum Stahlianarum.*

April; CCVI. *Diss. Inaug. Med; de* Febre Hectica, Abscessuum internorum comite. *Resp.* Christoph von der Flott, *Viln-Lithuan; Hal. Magd; lit. Chr.* Henck; *Acad. Typ; pl. 7. xxviii.*

CCVII. *Diss. Med. Inaug; de* Senum Affectibus. *Resp.* Joh. Conr. Michaëlis, *Wormatia-Palatinus.* Hal. *Magd; lit. Chr.* Henck; *Acad. Typ; pl. 6. XXXIX.*

CCVIII. *Diss. Med. Inaug; de* Cachexia. *Resp.* Septimus Andreas Oppermannus, *Marcobreith-Francus.* Hal. *Magd; lit. Chr.* Henck; *Acad. Typ; pl. 5. XL.*

CCIX. *Diss. Inaug. Med; de* Minore malo Medico. *Resp.* Godofr. Günther Schneider, *Sondershusa-Schvvarzb; Hal. Magd; lit. Chr. Henck; Acad. Typ; pl.* $5\frac{1}{2}$. *viii.*

CCX. *Diss. Inaug. Med; de* Paradoxis Medicis præcipuis. *Resp.* Frid. Wilhelm Gehler, *Gorlic-Lusat; Hal. Magd; lit. Chr. Henck; Acad. Typ; pl.* $5\frac{1}{2}$. *ix.*

Inconsiderate sentire, necdum loqui atque scribere, a moribus suis longissime abesse asserit p. 7. II. Cl. Autor.

Jun. CCXI. *Diss. Inaug. Med; qua* Adfectus Pectoris *sistuntur. Resp.* Frid. Gesner, *Briga-Siles; Hal. Magdeb; lit. Chr. Henck; Acad. Typ; Acad. pl. 7. XLI.*

Jul; 8. CCXII. *Disp. Inaug. Med; de* Præparatione artificiali pro circulatione humorum vitali secretoria & excretoria. *Resp.* Joh. Heinr. Wœlffing, *Stutgard-Würtemberg; Hal. Magd; lit. Chrift. Henck; Acad. Typ; pl. 3.*

In *Syllabo Indicis Voluminis II. Dissertationum Stahlianarum* iis quidem, qui a Præside non elaboratæ sunt, accensentur; bono

interim

interim ordine, nervose, & penitus ad ductum Stahlii, conscriptam esse quilibet legens judicabit. 1710.

CCXIII. *Disp. Inaug. Med; de* Officio Medici circa casus Chirurgicos dictos. *Resp.* Joh. Georg. Oertel, *Practicus Wurzensis. Hal. Magdeb; typ. Christ. Henck; Academ. Typogr; pl.* $6\frac{1}{2}$. *xxiii.*

De necessitate Selectus Materiæ Medicæ pathetice disserit pag. 43. L.

CCXIV. *Diss. Inaug. Med; de* Fundamento Moralitatis Personalis in Sanguine. *Resp.* M. Traugott Dittricus Wagner, *Cament* Hexapol; *Hal. Magd; lit. Chr. Henck; Acad. Typ; pl. 6. II.*

Subjuncta *Epistola Gratulatoria* D. D. *Mich. Alberti* ad Respondentem, qua *Commercium Animæ cum Sanguine explicat.* pl. 1.

CCXV. *Diss. Inaug. Med. de* Morbis consequentibus. *Resp.* Joh. Phil. Glaser, *Sorav-Lusat; Hal. Magd; lit. Chr. Henck; Acad. Typogr. pl.* $5\frac{1}{2}$. *xxii.* Septbr;

Promissa cæterum similis tractatio in *Diss. de Inf. Affect; pag.* 12. *Cap. I.*

CCVI. *Diss. Inaug. Med; de* Cynosura Therapias, *seu* Veræ Methodi medendi. *Resp. M.* Joh. Frid. Reichart. *Dornb-Thür; Hal. Magdeb; lit. Chr. Henck; Acad. Typ; pl.* $4\frac{1}{2}$. *xvii.* Novbr.

CCXVII. *Diss. Inaug. Med; de* Præparatione Corporis Therapevtica. *Resp.* Joh. Frid. Schmidt, *München Gosserstadio-Thuring; Hal. Magd; typ. Chr. Henck; Acad. Typogr; pl. 4. xviii.* 1711. Mart;

CCXVIII. *Diss. Inaug. Med; de* Decubitu Humorum. *Resp.* Joh. Andr. Salomon, *Coneco-Brussus. Hal. Magdeb; typ. Christ. Henck; Acad. Typ; pl.* $3\frac{1}{2}$. *xxi.* April;

In *Diss. de Compl. Morb; p. 5. Proœm;* inter potiora Autoris specimina legitur.

CCXIX. *Diss. Inaug. Med; de* Ministerio Artis Naturæ salutariter adhibendo. *Resp.* Joh. Frid. Siber, *Stauffen Eccens-Suevus. Hal. Magd; typ. Chr. Henck; Acad. Typ; pl. 4. xix.* Maj. 12.

CCXX.

1711. Maj. 16. CCXX. *Propempt. Inaug;* de Isagoge Practica.

CCXXI. *Diss. Inaug. Med; de* Curationibus castrensibus. *Resp.* George Glockengiesser, *Berolin-March; Hal- Magd; typ. Chr. Henck. Acad. Typ; pl. 5. XLII.*

CCXXII. *Diss. Inaug. Med; de* Febre Lethifera Hippocratis. *Resp.* Joh. Gottlob Titius, *Winziga-Siles; Hal. Magd; lit. Chr. Henck; Acad. Typ. pl.* 5½. *xxix.*

Subjuncta *Epistola* Gratulatoria *Mich. Alberti*, qua *Morbos Mortiferos* describit; pl. 1.

Quænam Salivæ calidæ in ipsa Disputatione non tractatæ ratio? p. 27. §. XXXIV.

CCXXIII. *Diss. Inaug. Med; sistens* Sciagraphiam Physiologiæ Veræ Medicæ. *Resp. M.* Joh. Gotthardt Teutscher, *Lips; Hal. Magd; typ. Chr. Henck; Acad. Typ; pl.* 3½. *I.*

CCXXIV. *Diss. Inaug. Med; de* Proportione Humorum ad Motus. *Resp.* Joh. Christian Sauer, *Boitzenb-Mecklenb; Hal. Magd; Typ. Chr. Henck; Acad. Typ; pl. 4. X.*

Promissa jam est in *Diss. de Præp. Corp. Therap; p. 32. XLVII.*

CCXXV. *Diss. Med. Inaug; de* Restitutione Sanitatis in integrum. *Resp.* Joh. Pannach, *Rachlau-Lusat;* Hal. *Magd; typ. Chr.* Henck; *Acad. Typ; pl. 4. XX.*

CCXXVI. *Diss. Inaug. Med; de* Sterilitate Feminarum. *Resp.* Gottfried Wilhelmi, H*avelb-Marchic;* Hal. *Magd; typ. Chr.* Henck; *Acad. Typ; pl.* 3½. *XLIII.*

Recus. 1724. vernaculo idiomate in G. E. Stahls ausführlichen Abhandlung von den Zufällen und Kranckheiten des Frauenzimmers, *n. viii, sub titulo:* Von Unfruchtbarkeit der Weiber.

Jul; CCXXVII. *Diss. Inaug. Med; sistens* Sciagraphiam Pathologiæ Veræ Medicæ. *Resp.* Joh. Christian Fischer, *Zittaviens; Hal. Magd; lit. Chr.* Henck; *Acad. Typ; pl. 5. iii.*

Promissa in *Dissert. de Sciagr. Physiol; p. 6. Proœm;*

CCXXVIII.

CCXXVIII. *Diss. Inaug. Med; de* Emendandæ Historiæ Clinicæ Fundamentis. *Resp.* Joach. Tabbert, *Treptoa-Pomer;* H*al. Magd; Typ. Chr.* Henck; *Acad. Typ; pl. 4½. iv.* 1711.

CCXXIX. *Disp. Inaug. Med; de* Therapia sani corporis *seu* non naturali. *Resp.* Joh. de Eitzen, *Palæo Sedinensis, Pomer; Hal. Magd; lit. Chr.* Henck; *Acad. Typ; pl. 4. XV.* Aug;

CCXXX. *Diss. Inaug. Med; de* Viribus. *Resp.* Joh. Georg Leonhardi, *Chemnic-Misn; Hal. Magd; lit. Christ.* Henck; *Acad. Typ; pl. 5. XXV.*

De Termino Mortis, ejusque Prolongatione vel acceleratione, curiosa differuntur p. 39. XLIX.

CCXXXI. *Disp. Inaug. Med; de* Attentione Medico Practica. *Resp.* Joh. Godofr. Müller, *Practicus Martisburg; Hal. Magd; lit. Chr. Henck; Acad. Typ; pl. 5. xvi.* Septbr.

CCXXXII. *Disp. Inaug. Med; de* Uromantiæ & Uroscopiæ abusu tollendo. *Resp.* Bernhard. Rappard, *Clivia-Clivensis. Hal. Magd; lit. Chr. Henck; Acad. Typ; pl. 3. xxiv.*

CCXXXIII. Georgii Ernesti Stahlii, *Med. Doct; ejusdemque & Rerum Naturalium Prof. Publ. Ord. Hall;* Disputationes Medicæ, *ab anno 1707. ad annum 1712. in publicum emissæ, in alterum Volumen collatæ, & ordine justo comprehensæ, & reali Indice instructæ. Hal. Magd; lit. Chr. Henck; Acad. Typ; pl. 7.* 1712.

Præmissa rursus *Præfatio D. D. Alberti*, nexum collectarum ostendens Dissertationum, quam sequitur Dissertationum Series: Cæterum eadem circa hoc, quæ circa prius, Volumen monenda sunt.

CCXXXIV. *Diss. Med. Inaug; quia* Solutio Martis in puro Alcali & Anatomia Sulphuris communis *sistuntur. Resp.* Joh. Speth, *Nassov-Wisbad; Hal. Magd; lit. Chr. Henck; Acad. Typ; pl. 5.* Mart;

Annexa est *Epistola Domini Præsidis* ad Candidatum, recusa cum *Op. Chym-Phys-Med; p. 706.* Dissertatio autem p. 729 - 764. Imputatam sibi alios carpendi, imo detrahendi, licentiam declinat

1712. pag. $\frac{8}{736}$. §. V, ubi etiam, nec non ad p. $\frac{15}{742}$. §. XXII. usque, varia Problemata Chymica enarrat, quæ vel minus cognita sunt, vel illi soli debentur.

Cæterum de secunda cum *Op. Chym-Phys-Med*; hujus Dissertationis Editione illud adhuc monendum, quod quidem in plurium Stahlii Scriptorum repetitis editionibus solitum, Sphalmata nempe priorem editionem deturpantia posteriori etiam eandem inurere maculam, cujus Specimen hic e pluribus aliis p. $\frac{3}{732}$. esse potest, ubi *quoque* pro *quoquo*, & pag. $\frac{35}{760}$. §. LXX; ubi *præcedit* loco *procedit* legitur.

Maj. CCXXXV. *Diss. Inaug. Med*; *de* Excerniculis capitis, recentioribus inventis Anatomicis *illustrata*. *Resp.* Jacob Gellentin, *Dantisc*; *Hal. Magdeb*; *lit. Chr. Henck*; *Acad. Typ*; *pl. 5.*

Annexæ binæ Epistolæ gratulatoriæ: Altera *D. D. Joh. Jac. Fickii*; altera *D. D. Herman. Frid. Teichmeyeri.*

Proprio industrii Domini Respondentis Marte Dissertationem hanc conscriptam, nec Stahlii fœtum esse, lectio quemcunque docebit. Additamenti loco aliquid de *Excutia Ventriculi*, Magen-Bürste, subjunctum.

Jun. CCXXXVI. *Diss. Inaug. Med*; *de* Causis præcipuis Effectuum tragicorum in Medicina. *Resp.* Nathanaël Sendel, *Elbing-Boruss*; Hal. *Magd*; *lit. Chr.* Henck; *Acad. Typ*; *pl. 4.*

Cæterum nec hanc a Domino Præside, sed ipso Dn. Respondente, conscriptam esse, stylus & tractandi modus testantur.

CCXXXVII. *Diss. Inaug. Med*; *de* Prærogativa veteranorum Practicorum. *Resp.* Joh. Dehne, *Berol*; *Hal. Magd*; *lit. Chr. Henck*; *Acad. Typ*; *pl. 3½.*

Solidissimam hanc Dissertationem ab ipso Cl. Domino Autore multum mihi laudatam esse, cum Halas transiens ipsum compellendi occasio obtigisset, recordor.

CCXXXVIII. *Diss. Inaug. Med*; *de* Mutatione Temperamenti. *Resp.* Joh. Andr. Wendt, H*alb. Magdeburgens*; H*al. Magd*; *lit. Chr.* Henck; *Acad. Typ*; *pl. 4. Recus*; *1720.*

Sub-

Subjunctæ binæ Epistolæ gratulatoriæ: Altera Domini Præsidis, *cum* Op. Chym-Physs-Med; p. 694. *recusa*; *altera* D. D. Mich. Alberti, *qua* Fata Doctrinæ Temperamentorum *&c. pl.* 1½. *Germanico autem idiomate hacce Dissertatio cum* Diss. de Temperamentis, *ut superius jam ad illam monitum, prodiit anno* 1723. *forma 8va, sub Titulo* des 2ten Theils der neu-verbesserten Lehre von den Temperamenten, handlend von Veränderung der Temperamenten. Leipzig. Bey Casp. Jacob Eysseln. 1712.

Quid de Historica perverstigatione Fatorum doctrinæ Temperamentorum sentiat Cl. Autor, ex p. 8. Th. XI. patescit. Temperies Sexus feminini a virili peculiariter differre docetur p. 23. Th. XLII; Locus autem ibidem non satis clare allegatus invenitur in *Theor. Med. Phys*; p. $\frac{115}{357}$ & $\frac{140}{382}$.

CCXXXIX. *Diss. Inaug. Med; de* Secessionibus Humorum. *Resp.* Carol. Fromhold, *Rochl-Misn*; *Hal. Magd*; *lit.* *Chr.* *Henck*; *Acad. Typ; pl.* 3½. Aug.

CCXL. *Diss. Inaug. Med; de* DEO, Autore veræ Medicinæ. *Resp.* Heinr. Gerngroß, *Geran*; *Hal. Magd*; *lit. Chr.* Henck; *Acad. Typ*; *pl.* 3½.

CCXLI. *Diss. Inaug. Med; de* Potestate Artis Medicæ. *Resp.* Ernst Albert Uderstatt, *Wernigerod*-Halberst; *Hal. Magd*; *lit. Chr. Henck*; *Acad. Typ*; *pl* 4½. Septbr.

CCXLII. *Propempt. Inaug*; *de* Antiqua Veritate Artis Medicæ. Dec. 24.

CCXLIII. *Diss. Inaug. Med*; *de* Necessitate Artis Medicæ. *Resp.* Joh. Andr. Hammerer, *Argent*; *Hal. Magd*; *lit. Chr. Henck*; *Acad. Typ*; *pl.* 4.

Subjunctæ binæ Epistolæ gratulatoriæ: Altera *D. Joh. Petr. Ludvvig*; altera *D. D. Mich. Alberti*, qua *Naturæ & Artis Commercium Therapevticum* demonstrat. pl. 2.

Primum hic *Consiliarius aulicus & Archiater Regius* publice scribitur Cl. Autor. Non sine ratione *Dissertationi de Potest. Art. Med*; subjunctam esse, docet *Proœm. p.* 5.

1713. Mart; CCXLIV. *Diss. Inaug. Med;* *de* Exanthematum malignorum retrocessione. *Resp.* Joh. Henr. Herlin, *Prussus, Pract. Dœbelens; Hal. Magd; lit. Chr. Henck; Acad. Typ; pl.* $2\frac{1}{2}$.

Domini Præsidis hunc fœtum non esse, styli diversitas & Spirituum Animalium p. 9. VII. Theoria prodit.

CCXLV. *Diss. Inaug. Med; de* Tumore Oedematoso-Podagrico. *Resp.* Georg. Sigism. Liebzeit, *Sopronien∫-Hung;* Hal. *Magd; typ. Chr.* Henck; *Acad. Typ; pl.* $4\frac{1}{2}$.

Subjuncta est elegantissima *Domini Præsidis* ad Candidatum *Epistola, corruptum Medicinæ statum* nervose delineans, quæ cum *Op. Chym- Phys- Med; p.* 708. *n. XI.* recusa. Altera etiam *D. D. Alberti* addita, qua *Podagram sine sale* explicat ac defendit. pl. 2.

Thema hoc a nemine adhuc, quantum quidem sciat, satis exquisite pro dignitate sua notatum atque ostensum esse monet Prooem; p. 5.

April; CCXLVI. *Diss. Inaug. Med; de* Fontium salutarium usu & abusu. *Resp.* Philipp. Hartmuth Gärtner, *Itzsteinio-Nassovicus,* Hal. *Magd; typ. Chr.* Henck; *Acad. Typ; pl.* 5.

Subjuncta D. D. *Alberti Epistola gratulatoria,* qua *Thermarum & Acidularum idolum Medicum destruit* & *circumspectum atque peritum harum usum commendat;* pl. 2.

B. D. D. *Gundelsheimeri Observatio* de *Thermarum in dissita loca exportatarum & moderate concalefactarum meliori pro Pectoris Affectibus efficacia* commendatur p. 35. LIX.

Maj; CCXLVII. *Diss. Inaug. Med. Pract; de* Febribus intermittentibus turbatis atque corruptis. *Resp.* Joh. Christian Stempel, *Coburg;* Hal. *Magd; lit. Chr.* Henck; *Acad. Typ. pl.* $5\frac{1}{2}$.

CCXLVIII. *Diss. Inaug. Med; qua* Observationes luculentas Medicas *publico conflictu ventilandas proponit* Nicol. Frid. Englert, *Russus;* Hal. *Magd; lit. Chr.* Henck; *Acad. Typ; pl.* 4.

Conspectum quasi brevem & recapitulationem (ut ita dicam) potissimorum suorum dogmatum hanc elegantissimam non inepte vocares Dissertationem.

The-

Therapiæ a se edendæ spem omnem præscindit p. 34. quod denuo 1713.
facit in *Synops. Medicin. suæ p.* 7. §. *XXXIX,* totus ut perlegatur, quin
tota Dissertatio, dignus, cum de remediis Cl. Autori expertis so-
lide ac modeste agat.

CCLIX. *Diss. Inaug. Med; de* Therapia Passionis Hypo- Jun;
chondriacæ. *Resp.* Georg. Clarius, H*annover*; H*al. Magd*;
Typ. Chr. H*enck*; *Acad. Typ*; *pl.* 4.

CCL. *Diss. Inaug. Med; de* Medica Chirurgia in genere. Jul;
Resp. Christian. Frid. Eckstein, *Berol*; H*al. Magd*; *typ. Chr.* H*enck*;
Acad. Typ; *pl.* 6.

Annon per *Ischæmon* p. 37. XLIII. in Parenthesi notatum *VRtis-
simus* intelligendus sit, videant alii, aut doceat meliora Cl. Au-
tor.

CCLI. *Diss. Med. Inaug; de* Obstructione vasorum san- Aug;
guiferorum. *Resp.* Joh. Siegmund. Hecht, *Seehus. Palæo-*M*arch*;
H*al.* M*agd*; *lit. Chr.* H*enck*; *Acad. Typ*; *pl.* 5.

CCLII. *Diss. Inaug.* M*ed*; *de* Erroribus Practicis circa Con- Novbr.
tagiosarum malignarum Febrium curationem evitandis. *Resp.*
Georg. Frider. Steiner, *Uratislav*; H*al.* M*agd*; *lit. Chr.* H*enck*;
Acad. Typ; *pl.* 7.

Adversarii in Prooemio p. 5. reprehenduntur.

De *Monitorum* suorum *circa Febres* fundata ratione & per expe-
rientiam multorum Medicorum confirmata veritate ac utilitate
p. 54. §. LXVI. gaudet.

CCLIII. *Diss. Inaug. Med; de* Medicina Medicinæ curio- 1714.
sæ. *Resp.* Joh. Francisc. Donzelina, *Genev*; *Med. Pract*; *Hal.* Febr.
Magd; *lit. Chr. Henck*; *Acad. Typ*; *pl.* 8.

Subjuncta est *Epistola Domini Præsidis* ad Candidatum lectu di-
gnissima pl. 1½., quæ cum *Op. Chym-Phys-Med; p.* 715. *n. XIII.* re-
cusa. Hancce Dissertationem non a Domino Præside conscriptam
esse, persuadent, præter numerosa Allegata ei minus usitata, aliæ
etiam adhuc rationes: Ad mentem tamen ejus elaborata, erudi-
tissime pariter ac utilissime potissimos in Cursu Medico latentes
scopulos detegens atque indicans.

1714. CCLIV. *Diss. Inaug. Med; de* Multorum atque magnorum Morborum Remedio. *Resp.* Gottfried Viebeg, *Bornens- Misn; Medic. Pract;* Hal. *Magd; lit. Chr.* Henck; *Acad. Typ; pl. 2.*

Subjuncta est elegantissima Cl. *Domini Præsidis* ad Respondentem *Epistola,* qua præsertim *dictum Salomonæum* de *Homine recto facto* & *simplicitas laudabilis* nervose discutitur. Omissa autem hæc est Epistola in *Opusc. Chym- Phys- Med;*

Num cæterum hæcce Dissertatio labor Domini Præsidis sit, multa atque insignia, licet utique debita, encomia atque elogia ejusdem dubium reddunt, cum ab eo proficisci nota ejus modestia credere vix permittat.

Mart; CCLV. *Diss. Inaug. Med; de* Febre per se nunquam lethifera. *Resp.* Joh. Martin Trost, *Posonio-Hungar;* Hal. *Magd; lit. Chr.* Henck; *Acad. Typ; pl. 5.*

Subjuncta est *Epistola* ad Respondentem Cl. *Domini Præsidis* elegans in *Op. Chym- Phys- Med; p.* 712. repetita; & alia Cl. Domini Doctoris *Heinr. Heinrici,* cum votis applausivis Poëticis aliorum.

Se ad parcitatem auxiliorum in Febribus per viginti jam annos monuisse, idque quidem ad suam aliorumque nauseam, asserit p. 36. LXIV.

April; CCLVI. *Diss. Inaug.* Med; *complectens* Theses Medicas Theoretico-Practicas *e I. Aph; I.* H*ippocratis deductas. Resp.* Joh. Theoph. Schwartz, *Poson - Hungar;* Hal. *Magd; lit. Christ.* Henck; *Acad. Typ; pl. 5.*

Novbr. CCLVII. *Diss. Inaug. Med; de* Morosis ægris, Prudentiam Medici fatigantibus & flagitantibus. *Resp.* Balthas. Frid. Jacobi, *Medic. Pract;* Hal. *Magdeb; lit. Christ. Henck; Acad. Typ; pl. 5.*

Subjuncta est *Epistola Domini Præsidis* ad Dominum Candidatum, cum *Op. Chym- Phys- Med; p.* 726. *n. XIV.* recusa.

1715. April, CCLVIII. *Diss. Inaug.* Med; *de* Complicatione Morborum. *Resp.* Christoph. Andr. Winckler, *Norimberg;* Hal. *Magd; lit. Chr.* Henck; *Acad. Typ; pl. 4.*

In

In limine ſtatim Diſſertationis, Procemii ſcilicet p. 5, Schediaſmata ſua potiora ipſe deſignat Cl. Autor. 1715.

CCLIX. Opuſculum Chymico-Phyſico-Medicum, *ſeu* Schediaſmatum *a pluribus annis variis occaſionibus in lucem emiſſorum nunc quadantenus etiam auctorum & deficientibus exemplaribus in unum Volumen jam collectorum Faſciculus publicæ luci redditus, præmiſſa Præfationis loco* Autoris Epiſtola ad Tit. Dn. Mich. Alberti, *D. & Prof. Publ. Extraordinarium editionem hanc adcurantem.* Hal. *Magd; typis & impenſis Orphanotr; Alph. IV. pl. 20.*

Præfixa eſt

1.) Autoris *imago.* Titulum autem ſequitur

2.) Ejusdem *Epiſtola ad D. D. Alberti,* in qua ſuum de ſuis Scriptis judicium ipſe fert; Titulum etiam hujus Collectionis ſubminiſtrat, quod forſan vox *Opuſculum* ipſi vix placuerit; Non minus recte monet de Sphalmatis, quorum quidem eriam elenchus ad calcem opuſculi, ut deſideraverat, adjectus; ſed priorum præſertim Editionum Sphalmata & hic remanſiſſe non ſemel animadverti; ut tum de hoc tum de locis allegatis in priori editione per paginas vel paragraphos determinatis, in hac autem tali determinatione deſtitutis, ſuperius n: LXI. jam monui & aliqua etiam Speciminis loco adduxi. Abſit tamen ut vilioribus hiſce deſideratis Viri occupationibus gravioribus diſtracti ac typothetarum nonnullorum incuriæ & negligentiæ expoſiti labori utiliſſimo detractum quid velim, laude potius & gratiis digniſſimo, cum Collectio adeo utilis horum Opuſculorum plurimam partem rariorum & diu jam deſideratorum jam dudum exoptata fuerit. Non enim carpendi animo hæc prolata, ſed ut ſinceri hiſtorici officio defungar.

3.) *Ætiologia Phyſiologico-Chymica de Rarefactione Chymica Prodromus*, p. 1.

4.) *Programma*, quo *Vindicias Theoriæ Medicæ veræ* proſequi indicat, p. 47.

5.) *Programma*, quo *Phyſiologiam Medicam ad Pathologiam, Therapiam, & Praxin Climicam directe conferendam* ordiri & proſequi ſignificat, p. 55.

6.) *Zy-*

1715. 6.) *Zymotechnia fundamentalis*, p. 65.

7.) *Observationes selectiores Phys-Chym-Medicæ curiosiores* ex Tomis *ObservationumHallensium ad rem literariam spectantium* excerptæ & collectæ, p. 195. Addita hic observatio de *Suspicione Defectuum Judicii Historici*, in priori collectione omissa, ut superius pag. 75. n. CXCLIV. jam monui. Quemadmodum autem Titulo harum Observationum series earundem prudenter subjuncta, ita non minus sane fuisset commodum, si & reliquorum in hoc opusculo extantium Scriptorum, quin & cujusvis Scripti Capitum, Syllabus, subjunctis simul paginis, additus fuisset.

8.) *Observationes Chymico-Physico-Medicæ curiosæ Mensibus singulis continuandæ*, p. 299. Harum ultima est.

CCLX. *Mensis Junius de* Alvi Libero successu, imo subinde Fluxu, in Febribus Petechizantibus, & peculiari remedio laxativo, experientiæ suffragio interposito, per hanc ipsam observationem ad illas Febres commendari cœpto. *p. 660.*

Promissa quidem hæc Tractatio jam est in *Mense Majo*, *pag.* $\frac{588}{642}$ & $\frac{591.}{644.}$; ut & in *Differt. de Malignit; p.* 16. *Cap. V:* & *de Curat. Æquiviv; p.* 25. *LVIII*, ubi jam sub operis versari dicitur: Cur autem nunc demum prodeat, e *Diss. de Error. Pract. circa Contag; p.* 28. §. *XXXIII:* & ipso hoc Mense, p. 663. 667. 668., videre licet. Adversarios aut Sugillatores scil. circa hanc Thesin nactum esse Cl. Autorem tum e p. 663. elucescit, tum etiam e *Vindic. de Script. suis p.* $\frac{31.}{203.}$ confirmatur, quibus proin etiam p. 664. Praxeos suæ genium opponit.

9.) *Epistolæ gratulatoriæ* Dissertationibus Academicis annexæ, varias Materias Medico-Physico-Criticas continentes, nunc excerptæ & selectæ, p. 690. Harum quatuordecim sunt; omissæ autem eæ, quæ Dissertationibus de *Morbo Retrogrado* & *Multorum atque magnorum Morborum Remedio*, *Impotentia Virili*, *Hydrope*, *Malignitate*, *Dysenteria* subjunctæ sunt.

10. 11.) Biga Dissertationum Chymicarum, quarum

Prior *Solutionem Martis in puro Alcali* & *Anatomiam Sulphuris communis*;

Posterior *Metallurgiæ Pyrotechniæ & Docimasiæ Metallurgicæ Fundamenta* sistit. Accessit

12.) *Pro-*

12.) *Programma* de *Ortu Venarum Metalliferarum*. 1716.

13.) *Index Realis* tandem opus claudit. April;

CCLXI. *Diss. Inaug. Med-Chym; de* Vitrioli Elogiis Chymico-Medicis æstimandis. *Resp.* Joh. Strehz, *Freyenvv-Pomer; Pract. Hamb; Hal. Magd; lit. Chr. Henck; Acad. Typ; pl. 8.*

Hancce anno superiori jam sistendam fuisse Examini Eruditorum Dissertationem, nisi gravissima intercessissent negotia Domini Præsidis, olim *P. P. O.* & nunc *S. M. Reg. Bor. Consil. Aul.* & *Archiat;* nec non *Coll. Med; quod Berolini est*, *Moderator* dicti, in Titulo statim monetur.

CCLXII. *Diss. Inaug. Med; de* Raris Morbis. *Resp. M.* Georg. Henr. Ayn, *Sommerfelda-Brandenburgico-Siles; Med. Pract. Lips; Hal. Magd; lit. Chr. Henck; Acad. Typogr;*

De tempore conscribendi & Autoris titulo eadem, quæ in præcedenti, Titulus monet; hæc tamen nostra annis jam superioribus sistenda dicitur.

Et sic denique agmen hæc claudit Dissertationum Academicarum Ill. Stahlii, cujus adhuc plura optaremus, quin & sperare ac expectare potuissemus, solidissima & utilissima Scripta, nisi aula Virum celeberrimum Academiæ eripuisset. Non inutilis cæterum susciperetur labor, si & editæ reliquæ post bina priora Volumina Dissertationes in tertium cogerentur, juxta ordinem materiarum digererentur, & Indice accurato ornarentur. Imo vix dubito, quin etiam omnes ejus Dissertationes in unum Volumen collectæ, juxta materiarum seriem locatæ, continua paginarum numeratione impressæ, & Indice rerum memorabilium completo auctæ non paucis arrisuræ sint. Asserit quidem Ill. Autor in *Synopsi sua Medicina*, *p.* 4. Disputationes suas in *quatuor Volumina* digestas a Typographo Henckelio offerri volentibus: Crediderim autem intelligendum hoc esse de supra dictis binis Voluminibus, quorum scil. primum in tres rursus Partes subdivisum. Quantum cæterum Henckelii industria & operarum elegantia laudetur, videatur ibid.

CCLXIII. Gründlicher *Physicali*scher und *Medicinial*ischer *Discurs* eines berühmten *Medici* in Berlin von den warmen

M Bä-

1716. Bädern und Sauerbrunnen / darinnen so wohl derselben Natur gemässe Beschaffenheit überhaupt nach ihren *Principiis*, Ursprung, Zu- und Ausfluß, als auch nach dem Schaden und Nutzen, den sie denen Patienten bringen, deutlich beschrieben, und endlich, in was vor Kranckheiten sie besonders dienlich, auf was Art und Weise sie zu gebrauchen, und wie ein *Medicus* seine *Consilia* darnach einzurichten, aufrichtig gewiesen wird. Zu gemeinem Nutzen aus dem Lateinischen übersetzt. Leipzig, bey Casp. Jac. Eysseln. 1716. 8. *pl. 2.*

Recus. ibid. anno 1723. cum der neu-verbesserten Lehre von *Temperamenten*.

Insertum etiam dem Ersten Theil Herrn G. E. Stahls *Medicinischer* Schrifften. *n. II.*

Non idem quidem hic Discursus cum *Dissertatione* Ill. Autoris de *Fontium Salutarium Usu & Abusu est*; sed elegans & solidus.

CCLXIV. Einleitung zu der neuen Meteroscopie, oder Witterungs-Deutung / nach William Cocks Grund-Reguln, und *Tit.* Herrn Matthæi Schlüters / vornehmen *JCti* und hochansehnlichen *Senatoris* der Kayserlichen freyen Reichs-Stadt Hamburg, *curieusen* Anmerckungen, wodurch auch jeder gemeiner Mann, ohne einige Schwierigkeit, aus denen in gemeinen Calendern verzeichneten *Adspecten* von erfolgenden Witterungs-Aenderungen, mit grosser Gewißheit, und zuverlässigem Erfolg, zu urtheilen erlernen kan. Halle, in Verlegung des Waysenh; 8. *Alph. 2. pl. 2.*

Hoc igitur opusculo satisfecit promisso, quod in *Observ. de Meteorolog. Cockio-Sluteriana commendat*; *p.* 46 225. §. *XXVI.* dederat. In Præfatione statim recenset, quid in Medicis & Chymicis egerit, p. 3. Quinimo se solum tot rerum utilium & gravium momenta observasse ac divulgasse, quod quidem alii vix præstiterint, qui eum tamen in finem exoptatissima occasione, liberrimo tempore, largissimis stipendiis, arbitrariis sumtibus, & desideratissimis quibuscunque adminiculis instructi fuerint, p. 5. asserit, quod assertum,

tum, quantum quidem ad Chymica, im Bedencken vom Schwe- 1716.
fel *p.* 218, repetit. Utilibus tantum & in publicum commodum tendentibus ociosas impendere horas, nihilque, nisi probe antea examinaverit, meditatus sit, & per Experientiam confirmatum habeat, in lucem protrudere moris sibi esse, p. 13. monet.

CCLXV. Præfatio *ad D. D.* Joh. Junckeri Conspectum Medicinæ Theoretico-Practicæ.

Brevis hæcce est historia Theoriæ Medicæ in genere & Ill. nostri Autoris in specie, cum generali simul hujus posterioris Sciagraphia, &, qua occasione ad illam cudendam permotus fuerit, relatione. Animæ in præsidium vocatæ causam & ab aliis impugnationem explicat, eaque Propositione se penitus supersedere potuisse, p. 8. monet. Animo sibi semper sedisse, Physiologiæ Medicæ & Pathologiæ consentaneam Therapiam subjungere, affirmat, &, quid hujus propositi successum hactenus impediverit, p. 10. explanat. Cum alacritate atque oblectatione se prolixe deduxisse, quod aliis vel audire, nedum legere, perpendere & prudenter examinare, operosum apparuit, p. 11. docet. Cur causas Morborum nominibus suis non expresserit in Thematibus suis, p. 12. rationem dat; ubi etiam Adversariorum, dogmata sua nihilominus tacite arripientium, mentionem facit. De Febribus Acutis, post tot licet factas illustrationes & inculcationes, conceptum tamen minus rectum adhuc formari pag. 13. conqueritur. Pestis & Febris Miliaris Causam Formalem Principium Vitale statuens nescio quis p. 14. refutatur, & simul Pestis Theoria traditur; contagii autem ejus propagandi ratio docetur im **Bedencken über Bechers Metallurgie**, *p.* 282. *Hippocratem*, qui Morborum Acutorum Febres συνεχεῖς esse asserit, non de *Continuis*, ut quidem vulgo interpretantur, sed de *Continentibus* intelligendum esse, ibidem asseverat. Succinctam & lenem materiam Medicam sibi summopere placere p. 15. asserit; ubi denique etiam *Methodum Medendi & Regimen in Febri Miliari* docet.

CCLXVI. Zufällige Gedancken und nützliches Bedencken über den Streit von dem sogenannten Sulphure, und zwar so wohl dem gemeinen / verbrennlichen / oder flüchtigen / als un-

1718. verbrennlichen/ oder Fixen. Halle, in Verlegung des Waysenhauses. 1718. 8. *Alph. 1.*

Kunckelium Sulphuris existentiam in *Observationibus suis* & *Laboratorio* negantem huic tractationi ansam præbuisse ipse fatetur Ill. Dominus Autor in Præfatione p. 1, contra quem nempe contrarium asseritur & vindicatur. Dignus autem sane hic Tractatus, quem omnes, qui res controversas inter se ventilant, imitentur, cum dissentientis quidem argumenta solidissimis ratiociniis & experimentis evertat, ac sententiæ suæ, aut potius existentiæ Sulphuris, veritatem adstruat: Summa interim id agat modestia, famæ & nominis Kunckelii, multum alias ab ipso æstimati & publice sæpius laudati, sollicite parcens, meritamque ejus laudem pluribus in locis vendicans & prædicans. Non autem ex solo hoc capite legendus, sed præterea etiam rebus utilissimis pariter ac jucundissimis refertus, non minorem Autoris in Chymia experientiam quam eruditionem ostendens. Speciminis loco quædam attingamus: De *Libavio* & *Georgio Agricola* judicium p. 13. fertur; De quo priore conf. Bedencken über Bechers Naturkünd; *p.* 20. De *Rolfinckio* autem *p.* 14; De *Bohnii Collegio Chymico* ac *Jacobi Barneri Chymia Philosophica* p. 15, de qua etiam vide Bedencken über Bechers Naturkündigung der ꝛc. p. 20. Beweiß von den Saltzen *p.* 8. 19. De *Glauberi* & *Kesleri* laboribus p. 18; & denique de *Bechero* p. 19. Verbo, Chymiæ Fata, ortus, & Progressus a pag. 7. ad seqq. delineantur. *Desideratorum Chymicorum* partim ab Autore primo vulgatorum & illustratorum Catalogus a p. 20. ad 45. traditur. Inter quæ præsertim de *Sublimatione Gebri* p. 40. seqq. dicta notari & conferri merentur cum Bechers Metallurgie/ *p.* 356. 399. 440. De Fermentatione utilia pariter ac curiosa p. 20. seqq. proferuntur: Binas autem p. 21. memoratas civitates *Nauburgum* & *Halam*, tertiam autem, p. 22. indicatam, *Querfurtum* esse, in *Collegio suo Chymico Experimentali MSCto* ipse prodidit Dominus Autor. De Vini Bacherachensis Præparatione notatu digna p. 23. leguntur. Problema autem Spir. Vini sine Saccharo, Melle, vel alia manifesta Salsedine, in Acetum; & Succum Citri in vinosam primo Substantiam, deinde autem Acetum laudabile, convertendi p. 26. proponitur. Quorum, præcipuè autem ultimi, reso-

resolutio æque ac usus ad demonstrandum tam Spiritum arden- 1718.
tem Acetum ingredi & partem ejus constituere essentialem, quam fundamentum totius Fermentationis Vinosæ & Acetosæ, explicatur im Beweiß von Saltzen *p.* 160. seqq. Simul autem hanc demonstrationem a nemine unquam se audivisse asserit Ill. Autor, quicquid etiam inventorum falso jactatam gloriam ogganientes blaterent Thrasones & obtrectatores, quibus etiam paulo post pag. 162. seqq. respondet. *Collegii Curiosi B. Joh. Christ. Sturmii* lepidum epitheton. p. 30. extat. Ferri & Cupri diversus ad diversos ignes habitus p. 40. tangitur. Scriptum p. 41. memoratum *Alchymia denudata* procul dubio est, de qua ulterius mentionem injicit im Bedencken über Bechers Metallurgie / *p.* 362. ubi e *MSctis Laboratorii Dresdensis seu Saxonicis* eam ortam dicit; p. 430. 434. De quibus *posterioribus* editis dictis ulterius diversis in locis differit pag. 420. 430. 434. 435. De *priori* autem rursus notanda habet im Beweiß von den Saltzen p. 58. Sulphuris communis vim in Aurum antehac quidem negatam, nunc autem, cum ab Autore demonstrata sit, aliis immerito acceptam ferri, p. 45. dolet. *Kunckelium* laudat p. 46. De *Borrichio*, *Raymundo Lullio*, *Isaaco Hollando*, *Basilio Valentino*, *Artefio*, *Flamello*, & *Gebro* p. 48. judicium fertur; De *Paracelsi* autem *Manuali* pag. 51. Cautelæ circa Aquæ Regis Præparationem p. 52. traduntur. De *Bechero* judicatur ejusque de Principiis Chymicis cogitationes laudantur p. 69. Tartari vel fecum Vini ad Vegetationem Malorum Citreorum & Aurantiarum promovendam vis & ratio p. 104. expenditur. Quid autem ulterius in *Phosphoro* suo *Kunckelius* indigitare debuerit, aut peculiare Cl. Dominus *Autor* ipse in eo invenerit p. 113, sine dubio mecum & plurimi alii clarius erudiri flagrabunt. De Vitriolo ex ejusdem oleo & ferro regenerando, hacque occasione de Sulphure Martis, pag. 114. quædam differuntur; cum quibus conferenda, quæ ad hunc locum fusius dicuntur im Beweiß von Saltzen *p.* 108. 114. seqq. Adeptum se esse p. 139. negat; *Baronis* cujusdam de Starck p. 145. mentio injicitur. *Becheri* Experimentum de immortali Anima Nitri illustratur p. 163, cum quibus jungenda ea, quæ in *Chym. Dogm. & Experim; p.* 60. §. 31. *p.* 110. §. 29. *p.* 187. §. 3. *p.* 229. §. 22. de illa dicuntur. *Isaaci Hollandi libellus de Salibus & Oleis Metallorum* a *Kunckelio* non immerito laudatus dicitur p. 165. De Genera-

1718. neratione Nitri per mixtionem Tartari cum Calce viva promovenda p. 182. agit, cui addantur dicta im Beweiß von den Saltzen p. 131. seqq. Chymiæ usus p. 195. defenditur. Acidum Sulphuris tam arcte alias cum Sale alcalico miscibile, ut difficillime inde rursus separari queat, facile tamen ab eodem liberare docet p. 210. Cujus materiæ crebrius adhuc mentionem injicit, & tum illustrando tum augendo sua dicta repetit im Bedencken über Bechers Metallurgie *p.* 70. 118. & aliis locis, ut p. 80. 167, ubi in vola manus per Alcali adeo concentrari posse Acidum Sulphuris asserit, ut ejus ℔j intra X. minutas arctius, quam cogitari quis possit, concentretur, Beweiß von den Saltzen p. 198. seqq., ubi etiam verba nostri Tractatus p. 211: wobey nichts-bescheinigte ꝛc. propius explicantur p. 297. enchirisis vero momentaneæ in manu concentrationis tangitur p. 423. Ad hanc tamen materiam multum etiam juvabit conferre, quæ sub *Experimento Sulphur per artem producendi* plurimis in locis repetito dicuntur. Experimentum cum Regulo Antimonii alibi jam, in *Differt.* scilicet de *Solut. Mart. in puro Alcali, p.* $\frac{12}{740}$. §. *XV*, ut superius jam p. 81. n. CCXXXIV. monuimus, tactum hic p. 217. repetitur; sed ut apertius de hoc loquatur Cl. Dominus Autor publice esset exorandus; Quod etiam de Bismutho, cujus p. 219. meminit, optandum; Gold-*solviren*des Fechter-Wasser *Basilii* quid sit p. 223. & 224. explicatur: De utili autem illo ac maxime singulari, nec hactenus ob varias difficultates & sumtus examinato aut inquisito, Consectario e Sale Carbonibus ardentibus asperso p. 234, clarior explicatio non immerito desideratur. Processus *Becheri* vom Reiß-Bley corrigitur per vocem Reich-Bley pag. 237. De Reductione Lunæ Cornuæ notatu digna p. 245. traduntur; quibus addantur ea, quæ habentur im Beweiß von Saltzen & *Chym. Dogm. & Experim. de Lunæ per Regulum volatilisatæ reductione p.* 193. §. *III.* & Postens *Opere pag.* 200. §. *IX. p.* 210. §. *XXXI.* Similia etiam de Cobalto, post certa additamenta insignem Argenti quantitatem largiente, p. 249. recensentur. *Hesperus Balduini* quid fuerit, ex ore ejusdem Successoris, *D. Pfundii*, p. 265. explicat. Principiorum & Metalla essentialiter constituentium Partium propinquior ex apospasmatibus mineralibus separatio p. 269. commendatur. Experimentum e Vitriolo p. 281. docetur.

Obser-

Observatio *de Rochas* circa Acidularum ortum ulteriori pensitationi p. 283. traditur; & repetitur im Bedencken über Bechers Naturkündigung der Metallen *p.* 80. 167. *Slüteri* encomium pag. 287. legitur. Genesis ferri ex Oleo Vitrioli & Limatura ♂ pag. 290. indigitata ulterius consideratur & tangitur im Beweiß von den Saltzen p. 104. De Arsenicali Principio p. 313. lectu digna differuntur, cui jungantur, quæ sub fine deß Bedenckens über Bechers Metallurgie a me monentur. Cautela perutilis circa Labores & Processus Alchymicos p. 331 & 335. præscribitur. De Sublimatione Cinnabaris necessarium monitum p. 345. fit; & denique p. 351. notatu non indigna habentur; Sed sufficiant hæcce Speciminis loco. Plurima enim alia in elegantissimo hocce & vivaci stylo conscripto Tractatu continentur, ex ipsa ejusdem perlectione haurienda. Optandum cæterum esset, ut index etiam accuratus ei subjunctus fuisset. 1718.

Citatur im Bedencken über Bechers Naturkündigung p. 30. 64. 73. 118. 289. 296. 317. 318. 355. 360. 367. 399. 401. 407. 439. Beweiß von den Saltzen Præf. p. 4. 5. 17. 52. 55. 104. 108. 114. 129. 190. 308. 388. 395. 412.

CCLXVII. Negotium otiosum, *seu* Sciamachia, adversus Positiones aliquas Fundamentales, Theoriæ veræ Medicæ a Viro quodam celeberrimo intentata, sed adversis Armis conversis enervata. 1720.

Πολλοῖς ἀντιλεγεῖν μὲν ἔθος περὶ παντὸς ὁμοίως,
Ὀρθῶς δ᾽ ἀντιλέγειν οὐκ ἔτι τοῦτ᾽ ἐν ἔθει.

Qui possunt, si volunt, judicanto: Qui volunt, sed non possunt, abstinento.

Hal; lit. & impens. Orphanotr; 1710. Alph: 1. pl. 5.

Apologia hæc & ulterior illustratio seu Commendatio Theoriæ suæ Medicæ est. Virum autem adversarium *Illustrem Dn. B. Bar. de L. esse* non sine fundamentis asseritur. Præter morem suum propria manu hæc intra decem aut duodecim dies se scripsisse monet p. 2. Præf; Obscuritatem forsan objecturis anticipando brevi respondet pag. 5. cum nuper demum eam objecerint adversarii; Prolixitatem autem insolitam sibi asserit p. 136. Verbo, perplura

1720. in hoc Tractatu continentur, quæ Autoris Dogmata ulterius illustrant & uberius explicant: Unde etiam Scripta hujusmodi Polemica non semper sine fructu leguntur.

CCLXVIII. Herrn Georg Ernst Stahls, berühmten Königlichen Preussischen Leib-*Medici* und Hof-Raths, aus dem Lateinischen übersetzter *Medicini*schen Schrifften Erster Theil, worinnen zu finden

I. Dessen neu-verbesserte Lehre von Temperamenten.

II. *Discurs* von warmen Bädern und Sauerbrunnen.

III. Untersuchung der Kranckheiten, welche nach dem verschiedenen Alter fürnemlich vorzukommen pflegen.

IV. Untersuchung der Kinder-Kranckheiten.

V. *Observationes* Clinico-Practicæ.

VI. Abhandlung vom Aderlassen.

Leipzig, bey Casp. Jac. Eysseln. 8.

Sunt nempe hæ in Germanicum idioma translatæ & sparsim editæ Dissertationes, quæ hic in unum fasciculum, seu potius sub unum tantum Titulum, coguntur. Nam solus tantum generalis Titulus illis præfixus, nulla autem earum recusa, est. De singulis jam suo egimus loco; quemadmodum de *Observationibus Clinico-Practicis* inferius sub *D. D. Ulaui* Scriptis agetur.

CCLXIX. Herrn Georg Ernst Stahls, Königl. Preussischen Leib-*Medici* und Hof-Raths, Chymia Rationalis & Experimentalis; oder gründliche der Natur und Vernunfft gemässe und mit Experimenten erwiesene Einleitung zur Chymie, darinnen hauptsächlich die *Mixtion* derer *Sublunari*schen Cörper, nebst deren Zerlegung und *Relation* gegen einander, untersuchet, und mit vielen *Experiment*en gezeiget wird. Nebst einem Anhange von denen *Mercuriis Metallorum*, *Mercurio animato*, und *Lapide Philosophorum*. Leipzig, bey Casp. Jac. Eysseln. 8. *Alph. 1. pl. 10.*

Cum hæc Chymia Collegium Ill. Domini Autoris MSctum translatum & propalatum sit, qua occasione ejus indultu ipsum MSctum

MSctum Latinum denuo typis evulgatum nunc eſt, quod inferius 1720.
n. CCLXXIV. recenſebitur, illinc, quæ de hac dicenda ſunt, ut quærat, Lector remittitur.

CCLXX. *D. Georg. Ern. Stahlii, Conſiliarii & Archiatri* 1721.
Regii Boruſſici primarii, Fundamenta Chymico-Pharmaceutica Generalia. *Acceſſit* Manuductio ad Enchireſes Artis Pharmaceuticæ ſpecialis. *Cura* Benjamin Rothſcholzii, *Phil. & Med. Doct. Herrnſtadii apud Samuelem Rothſcholzium, Anno 1721. 8. pl. 3.*

Hoc quidem, quem Titulus indicat, anno impreſſio hujus libelli cepta, ſed anno demum 1725. ad finem perducta, licet tribus tantum conſtet plagulis. Nec tamen eo perfectior, ut ſane optandum, prodiit hic fœtus, cum potius plurimis deturpatus ſit mendis, quanquam Corrector nulli operæ nullique labori in ejus pepercerit emendatione. Quin etiam *Manuductio ad Enchireſes Artis Pharmaceuticæ Specialis* in Titulo promiſſa penitus omiſſa: Digna quamvis, quod equidem oculatus aſſerere poſſum teſtis, ut in publicam ederetur lucem. *Catalogus* denique *Scriptorum Chymicorum* a *Cl. Stahlio* editorum mancus admodum atque mutilus, ut ex noſtra hacce facile pateſcet Hiſtoria; Tenacitate nempe aut incuria ſumtus ſurrogantis obſtante, quo minus omnes, qui conſignati erant, libri Chymici imprimerentur, quia tres plagulæ jam impletæ erant, quartam autem plagulæ ſuperaddere partem nimium videbatur. Pateſcit interim e *Præfatione Rothſcholtzii* Partem hujus *priorem* eſſe *Ill. Stahlii Theſes Chymico-Pharmaceuticas*, hic & illic *MSctas* latentes; *Poſteriorem* autem partem eſſe fœtum Diſcipuli cujusdam Stahliani, Pharmaciæ olim, dein Medicinæ, Studioſi, hujusque tandem Doctoris. Quemadmodum autem de prioris bonitate nemo, cui *Stahlius* notus, dubitabit; ſic de poſterioris præſtantia & utilitate ii, quibus legendi eam copia data, reſpondebunt. Eſt autem vernaculo ſcriptus idiomate & plagulas circiter VI. habens ſequentibus conſtat capitibus:

1722. CCLXXI. *Præfatio Epistolica ad D. D.* Michael. Alberti, *Tr. de* Hæmorrhoidibus.

Scripta quidem jam VII. Kalend. Jul; 1719, sed hoc demum anno cum dicto Tractatu typis vulgata. Fata Scriptorum suorum negotium hæmorrhoidale concernentium recenset p. 2. *Frommanus de Hæmorrhoidibus* pag. 3. laudatur. Hæmorrhoidum, Motus Hæmorrhoidalis, quin Motuum Hæmorrhagicorum, minus satis intellectam, quin penitus fere adhuc neglectam, Theoriam esse, ibidem conqueritur. A callida simulatione alienum sibi esse ingenium p. 5. asserit. Se Nexum Motuum Hæmorrhoidalium & Hæmorrhagicorum, nec non Hæmorrhoidum, suo studio soli, nec ullius hominis institutioni, debere pag. ead; asseverat; & tum hac tum sequentibus de sua Theoria suisque laboribus disserit. Cur testimoniis aliorum Scriptorum sua non firmaverit dogmata, pag. 7, explicat, ubi denique etiam ostendit, quomodo proprie testimonia aliorum in auxilium vocanda sint.

CCLXXII.

CCLXXII. Herrn Georg Ernst Stahlen, Königl. Preussischen Hof-Raths und ältesten Leib-*Medici*, Billig Bedencken, Erinnerung und Erläuterung über D. J. Bechers Naturkündigung der Metallen. Franckfurth und Leipzig, verlegts Wolffgang Christoph Multz. 1723. 8. *Alph. 1. pl. 5.* 1723.

Commentarius hic sese sistit in Becheri Metallurgiam, e quo *Illustr.* Domini *Autoris* ingenuus elucet veritatis amor, cum *Becheri* quidem laudes hactenus sæpius cecinerit, nunc autem etiam ea, quæ minus recte dicta vel scripta ab eodem sunt, candide & modeste indicet ac corrigat.

Habetur autem Historia & Dijudicatio *Nicolai Soleæ* Bergwerck-Schatzes *p.* 13. & 258, quibus similiter jungatur Beweiß von den Saltzen. *p.* 306. Autores, qui Chymiam dogmatice tradere ceperunt, *Billichius* scilicet, *Libavius*, *Michaëlis*, *Tachenius*, & inprimis *Jacob Barner*, recensentur p. 20. Sententiam de Auri genesi e multorum annorum experientia sibi confirmatam, nullique alii, quantum quidem sciat, adeo placuisse, asserit pag. 38. Scoriæ a montibus ignivomis ejectæ non prorsus inutiles censentur pag. 41. De Montibus Jenæ vicinis notabilia a se ipso observata refert p. 44. *Mondyk* quid sit narratur p. 55. De Pinguedine subterranea disseritur p. 61. Phlogisti ad Sulphuris genesin & Metallorum ignobiliorum mixtionem necessitatem ultra XX. jam annos a se demonstratam monet p. 61. Incendiorum subterraneorum & Thermarum originem explicat p. 62. Iis, qui plurimorum aut noviter inventorum aut rite digestorum, connexorum & demonstratorum, palmam dubiam reddere annituntur, denuo respondet, & de mala eorundem fide plagioque tecte quidem, attamen satis clare, conqueritur p. 65. & 372. Potissima monenta ad verum Fundamentum, Genesin, Subsistentiam, & Mutationem Mineralium vere demonstrative inservientia & ab Experientia petita recenset p. 68. Phlogisti inhabilitatem ad elasticitatem nec ab aliis credi, nec sibi ipsi initio statim perfecte cognitam fuisse, ingenue fatetur p. 69. & 147. De Calce post Aquæ communis coctionem restitante disserit p. 77; quod denuo im Beweiß von den Saltzen *p.* 349. *seqq.* fit. De *Sale Polychresto* Domini de *Seignette p.* 78; de *Ebshamensi* autem pag. 79. sermo fit, de quo posteriori *Nehemiæ Grevv. Tractatus* notatur im

1723. Beweiß von den Saltzen *p.* 288. Salis in Sulphure resolvendo efficaciam, nec non hujus & Vitriolici Acidi aut in vitrescibilem aut calcariam terram mutationem, alicui adhuc in mentem venisse dubitat p. 80. & 167; simulque salse Germanorum contemtum ridet. Aphronitrum & Aquæ lapidificantes ulteriori & accuratiori, quam hactenus factum, examini commendantur ibidem. Limum & Lignum a Sale enixo lapidescere docet p. 81; ubi etiam de Calce viva prolixius disquirit; De Gypso autem p. 86. differit. Massa e Calce & Caseo recenti gemmis duritie non cedens refertur p. 87. Regnum Meteoricum seu Athmosphæricum reliquis tribus regnis vulgaribus Physicorum ut quartum addit p. 103: In quibus autem inter se conveniant p. 106, Meteoricum vero a reliquis differat p. 121, docet. De Creatione Mundi nonnulla differit p. 111. Vegetabilia magnam subtilissimæ suæ corporeæ mixtionis ex aëre verosimillime haurire præ plurimis aliis diligentius & clarius a se demonstratum esse monet p. 113, cum quibus conferenda tum ea, quæ p. 302, tum ea, quæ superius in *Zymotechnia* de Vegetatione Arborum resiniferarum, dicta sunt. Sedimenti Nivis nigri ortus explicatur p. 119. Concionatores minus prudentes & loquaces salse vellicantur p. 135. Ratio propria Gravitatis & Pelluciditatis Corporum densiorum res adhuc incognita declaratur p. 146. *Becheri Concordantia Chymica* & *Rosetum Chymicum* tangitur p. 196. Modus parandi Chalybem narratur p. 201. Experimentum utile, quo Argentum cum Sulphure & Cupro tractandum, proponitur pag. 204. *Isaaci Hollandi Libellum de Salibus & Oleis Metallorum* se admodum juvenem adhuc jam legisse refert p. 208. De Amausis notatu digna animadvertuntur p. 214. Experimentum *Concordantiæ Chymicæ Becheri*, das Schellenbergische *Figier*-Werck, p. 223. notatur. Calcis vivæ in Fusione Minerarum difficulter fusibilium aut rapacium utilitas attentiori considerationi p. 224. commendatur. *Dav. Sigm. Büttneri* Rudera diluvii testes laudantur p. 236. Arenæ fluviatilis centenarius Marcam unam circiter Lunæ in parvis probis dedisse narratur p. 242. Utilissime sæpius proposita malevolorum & malitiosorum homuncionum technis everti & impediri Historia Artificis Mineram in territorio *Comitis de* Schafgotsch reperiundam bono cum fructu tractaturi quidem, sed per XII. annos impediti & tandem mortui, p. 259.

pro-

probat. De Laborum Metallurgicorum dogmatico & rationali fundamento minus adhuc cognito ante plures jam annos conquestum se esse p. 265. monet, quod scilicet tum in *Diss. de Solut. Martis in puro Alcali, tum* im Bedencken vom Schwefel *p.* 118, alibique factum. De Vocibus Genus & Geschlecht p. 273. philologice disquiritur. De Hyeme Regionum inter Tropicos sitarum & Ventorum *Moussons* dictorum ratione differitur p. 283. Pinus arbor ad litora maris optime vegetari dicitur p. 302. Arenosi, argillacei, & lutosi soli sterilitas unde sit explicatur p. 303. De *Monte Snyders Tinctura* notatu digna referuntur p. 329. Tam Medicinæ Universalis & Tincturæ Philosophorum, quam Medicamentorum Chymicorum e Metallis fides & laus nimia, p. 340 & 429. carpitur & negatur, quibus tamen jungenda, quæ in *Chymia Dogm. & Experim; p.* 234. *Sect. III.* De Lapidis Philosophici virtute medicinali asseruntur quædam. Medicina mirabilis e Phosphoro fixato expectanda p. 363. nugis accensetur. Quis autem bonus ille vir p. 364. sit, qui Separationem celerem e metallo aliquo ostenderit, hariolari nequeo. *Robertus Boyle* de ætiologia ponderis metalli calcinati non calcinatum superantis reprehenditur & vera hujus ratio p. 368. docetur, qua occasione vero etiam *Kunkelius* laudatur. Terrestreitatis mineralis diversitatem insignem quoad propriam extremam sui Subtilitatem non verbis aut fictionibus, sed demonstrationibus experimentalibus & plurimam partem facilioribus, a se ostensam pag. 384. notat. Prolixior de Mercurio disquisitio p. 405. texitur. *Roberti Boylei* in *Chimista* suo *Sceptico* a fine primario aberratio accusatur p. 404. Distinctio Chimicorum veterum inter Mercurium & Queck-Silber p. 411. docetur. *Helmontii* relatio de *Lapide Buttleri* defectus arguitur p. 421. Vitrioli Martialis a communi differentis & peculiaris Præparatio p. 431. describitur. E Scriptis Alchymicis præ cæteris laudantur *Basilii Valentini*, de quo etiam Beweiß von den Saltzen *p.* 127. seqq. videatur; *Isaaci Hollandi, Kunckelii*, & *MScta Saxonica p.* 434. Quis autem *recentior* ille *Autor p.* 435. sit, me ignorare ingenue fateor. Denique autem Epilogum hujus operis attente legendum relegendumque commendo Lectori solertiori ac sagaciori, qui ad meteriam Arsenico-Sulphuream a solo *Bechero* memoratam p. 441. conferat das Bedencken vom Schwefel *p.* 713. seqq. Beweiß von den Saltzen *p.* 141, ubi simul publice 1723.

1723. exorandus Autor, ut, quæ præter hoc notabilia tum dicere differebat, curioso orbi non penitus auferat, sed benigne & tempestive cum illo communicet; *Chym. Dogm. & Experim; p. 62. §. XXXV.* nec non *Becheri Physicam subterraneam, p.* 400. *seqq.* ejusque *Supplementum secundum* §. 187. *seqq.* De Arsenico ipso *Illustr. Domini Autoris* Discursum curatius pensitare juvabit.

CCLXXIII. **Ausführliche Betrachtung und zulänglicher Beweiß von den Saltzen, daß dieselbe aus einer zarten Erde, mit Wasser innig verbunden, bestehen. Halle, in Verlegung des Waysenhauses.** 1723. 8. *Alph. 1. pl. 4.*

Prodiit sic tandem hic labor im Bedencken vom Schwefel *Præf. fin;* und über Bechers Metallurgie *p.* 47. 80. 167. promissus, cui æque ac dem Bedencken vom Schwefel *Kunckelius* ansam dedit, ut ex ipsius *Ill. Domini Autoris* confessione *p.* 28. patescit, ubi tum *Kunckelii* meritas laudes sartas tectasve rursus servat; tum quomodo, ubi, & cur ab illo dissentiat, explicat. Potissima verò quædam membra e plurimis aliis lectu notatuque dignissimis inde delibabimus: Nitro Sal alcalicum inesse, e *Barneri Chymia Philosophica* se didicisse ingenue fatetur *Ill. Autor p.* 19. Vulgare præjudicium, Nitrum Ventis Borealibus advehi, *p.* 23. ridetur. Qualem observationum suarum Mensem *Dominus Autor p.* 30. intelligat pro certo equidem decernere non audeo, *Februarium* tamen esse non sine ratione autumo. Experimentum Terram per Sal & Calcem vivam probe concremata & pingui sentina impastata fœcundandi *p.* 48. describitur. De Sale Metallorum, maxime fixo, multa disseruntur *p.* 57. seqq. & hac occasione simul tum *Kunckelii* animadversiones tum *Alchymiæ denudatæ* laudantur, norma etiam elegans Tentaminum Chymicorum traditur: Ulterior autem de Sale Metallorum fixo tractatio reiteratur & solertiori attentioni commendatur *p.* 140. 388. seqq. Ætiologia vulgaris additionis Limi in destillatione Spirituum Salis & Nitri *p.* 70. examinatur; ipsa autem Spirituum Salinorum destillatio ulteriori inquisitioni *p.* 86. commendatur. *Glauberi* Modus destillandi Oleum Vitrioli non improbatur *p.* 109. Historia de Alumine sub Spiritus Vitrioli destillatione Autori præter opinionem orto *p.* 121. narratur. Damnosa autem Alumen e Vitriolo generandi spes itidem recensetur, & *Naxa-*

goræ

goræ methodus Alumen a Vitriolo ſeparandi *p.* 123. expenditur. 1723.
Geneſis Vitrioli e limatura ferri cum Sulphure mixta & probe humectata tangitur, & aliorum inde capta ſpes irrita notatur *p.* 126. Senſus *libelli de Alcaheſt* illuſtratur *p.* 128. De Civitate neſcio qua generationi Nitri largiori & locupleti perapta *p.* 130; de divitis autem Nitropoeiæ ſubſidiis *p.* 131., ſermo fit, ubi ſimul vulgarium Nitri coctorum error reprehenditur. Quid *Magneſia alba* ſit, *p.* 133. explicatur. Facilis modus *Cinnabarim Lunarem Alchymiæ denudatæ* conficiendi *p.* 135. docetur. Quæ autem *p.* 147. de ſimplici non minus quam facili invento ad promovendam ſub Salis coctione evaporationem tetigit potius quam detegit Ill. Dominus Autor, ut clarius eloqueretur mecum omnes utiliter curioſorum tentaminum optabunt amantes. De Aceto cum ærugine vel ♀e infuſo Spir. Vini inſtar ardente pluribus diſſeritur p. 156. De Solutione Veneris per -^-⊖, in qua pecularis aliquis candidus Pulvis fundum petat, *p.* 194. & 197. multa dicuntur. Quis autem ille ſit, qui de alterutra harum materiarum quædam, ſed non ſufficientia, tradiderit, me quidem neſcire fateor; An non vero *Diſſ. de Vitriol. p.* 6. §. *V.* aliquo modo huc faciat, Problema eſto. De Martis per Acetum deſtillatum, ⊖✱, & Aquam fortem Solutione purpurea, & fecibus ejusdem nigris, cruſtaque liquori ſupernatanti *p.* 301. agitur. De Solutione autem Vitrioli Martialis ex Oleo Vitrioli & Limatura Martis parati per congeleſcentiam tractata *p.* 202. Mercurium vivum Saturni parandi technæ quorundam *p.* 209. deteguntur. Hiſtoria Mercurii vivi ſub Deſtillatione Vitrioli in fundo vaſis reperti p. 212. recenſetur. Ut & alia de Spiritu Salis minus genuino, cujus occaſione tum Medicantium oſcitantia & errores, tum infelicis Experimentorum Succeſſus cauſæ, *p.* 225. tanguntur. Enchiriſis præ vulgari magis compendioſa & ſecura Mercurium ſublimandi *p.* 229. indicatur potius, quam ſufficienter docetur, repetita etiam *p.* 269; Juvabit autem adjungere *Chym. Dogmat. & Experim; p.* 127. §. *XI:* & Rothens Einleitung zur Chymie *p.* 183. *n. XXXIII.* Sed modum ab *Ill. Autore* illinc præſcriptum mihi minus, felicius autem *Becheri in Concordantia Chymica p.* 354. *n.* 34. & 803. *n. XX:* traditum, olim ſucceſſiſſe memini; Quod tamen meæ potius ſtupiditati, quam *Autoris* noſtri culpæ, tributum velim. De *Spiritu Lithontriptico Glauberi*, ſeu Silicum,

1723. cum, *p.* 236. mentio fit. Quodnam autem illud Tentamen *p.* 239. sit, quod sermocinationi & admirationi magis, quam imitationi, ansam præbuerit, quodque non adeo commode sola succedat ignitione, alii me nasutiores explicent; Æque ac experimentum *p.* 241. tactum, de Solutione Argenti cum Oleo Vitrioli, ante aliquot propositum annos. Climax diversæ Metallorum Solubilitatis in diversis liquoribus Salinis p. 244, ejus autem usus practicus *p.* 265. & 311, simul vero etiam de Reductione Lunæ notabilia, traduntur. Quibus *Chym. Dogm. Experim; p.* 26. §. *XXIII: p.* 49. §. *VI.* non immerito addenda. De Crystallis Salinis Cruciformibus experimentum fortuito sibi obventum narrat *p.* 286. Quis Autor ille *p.* 293. sit, qui tam Solem quam Lunam in calcem irreducibilem brevi tempore redigere doceat, nescio. Menstruorum diversi effectus unde oriantur, diversis rationibus nervose *p.* 296. explicatur. Multa notabilia de Creta notantur *p.* 305. seqq. Processus quidam, quo Luna cum Acido Salis communis Mercurii Sublimati volatilisatur, publice editus non penitus inutilis esse reputatur *p.* 310. Diuturnæ ab *Isaaco Hollando* commendatæ Digestiones albo calculo *p.* 344. notantur, indeque etiam *Langelotti de prætermissis in Chym. modern; epistola p.* 382. laudatur, cujus jam eandem ob causam in *Specimine Becheriano p.* 19. *Fund. XI:* mentio injecta. De Argento per Acidum Vitriolicum Bismutho aut Antimonii regulo in plerisque circumstantiis assimilando *p.* 317. disseritur. De Elasticitate in genere *p.* 362. seqq; Aquæ fortis autem in specie *p.* 364, prolixior sermo est. Utrum autem verba *p.* 367, ubi de Solutione Martis in puro Alcali agitur: Nächstens zu wiederholen stehenden 2c. de nova aliqua materiæ hujus tractatione ab *Ill. Dn. Autore* proxime reiteranda & expectanda; an vero de solutione proximo quocunque tempore a quolibet facile tentanda, intelligi debeant, in medio positum sit. Qualem autem Processum *p.* 408. intelligat, quo Acidum Vitrioli in verum Sal Metallorum abire posse patescat, quive in iis iisdemque libris sæpius & repetitus & valdopere commendatus sit, cum reticere placuerit *Ill. Domino Autori*, & nos non propalabimus. Denique vero Mercurii Dulcis Præparatio peculiaris *p.* 424. memoratur. Sed sufficiant hæc. Cæterum autem tum in hoc elegantissimo Tractatu, tum im Beden-

cken

cken vom Schwefel und über Bechers Metallurgie, index accuratus materiarum non immerito desideratur. 1723.

CCLXXIV. *G. E. Stahlii, Consiliar. Aulic. & Archiatri Regii,* Fundamenta Chymiæ Dogmaticæ & Experimentalis, *& quidem tum communioris Physicæ, Mechanicæ, Pharmaceuticæ ac Medicæ, tum Sublimioris sic dictæ Hermeticæ atque Alchymicæ. Olim in privatos Auditorum usus posita, jam vero indultu Autoris publicæ luci exposita. Annexus est ad Coronidis confirmationem* Tractatus Isaaci Hollandi de Salibus & Oleis Metallorum. *Norimbergæ; Sumtibus Wolffgangi Mauritii Endteri Hæred; Typis Johannis Ernesti Adelbulneri; ann. 1723. 4t. Alph. 1. pl. 12.*

Superius jam sub *Chymia Rationali & Experimentali* monitum, Collegium hoc Chymicum *Ill. Domini Autoris* esse, cujus tum in *Resp. ad Exam. Pulf. Cel. & Frequ. p. 2.* tum in *Vindic. de Schediasm. suis p.* $\frac{21}{193}$, tum in *Præf. ad Bech. Phys. Subterr; p. 6.* meminit, ubi Jenæ anno 1684. habitum & in calamum dictatum, hincque in multorum manus pervenisse dicitur, quod idem im Bedencken über Bechers Metallurgie *p. 2.* repetitur; octo autem post suam in Doctorem promotionem hoc factum fuisse in *Resp. ad Exam. Pulf. Cel. & Frequ; loc: cit.* monet, ubi simul non esse, quod illum ejus pudeat, asserit. Unde etiam ipsius, si non jussu, indultu tamen a Cl. *D. D. Carlio* typis publicis editum, & ab eadem *Præfatio* ei præmissa est. Cum præsertim abhinc tribus circiter annis germanico idiomate, non salutato Patre, prodierit; Quam equidem translationem atque editionem dijudicare mei non est, qui recensere, non censere, mihi proposui: Illud tamen monenti quilibet annuet Lector, terminorum quorundam, ut *Principium, Homogenei, Heterogenei simplicis, Primordialis* & sim; translationes latinis vocibus obscuriores minusque adæquatas esse; nec non passim momenta quædam utique necessaria tum omissa tum minus recte posita esse, quemadmodum, ut dicta aliquo tantum specimine probem, *p.* 20. §. *IX.* & *p.* 22. §. *XI.* cum nostræ Chymiæ *p.* 10. §. IX. & *p.* 22. § *XI.* collatæ docebunt; ne plura alia nunc loca Lectori ipsi facile conspicua futura nunc allegem. Manebit interim nihilominus & huic editioni sua laus suumque precium, apud illos præsertim, qui

O Lin-

1723. Linguæ Latinæ minus gnari ſunt; cum ex adverſo aliis dulcius ex ipſo fonte bibantur Aquæ. Mſctum ſcilicet ipſius *Domini Autoris* calculo approbatum huic noſtræ fundamentum fuit editioni; Indice autem, qui in germanica deſideratur, accuratiſſimo inſtructa a Cl. *Domino Carlio*, quem & ego qualicunque mea opella ſupplere & perficere allaboravi; quod mihi in loco impreſſionis præſenti cura hujus editionis a Viro hoc clariſſimo, & Fautore maxime venerando, mandata ſit. Unde etiam tam Sciagraphiam Materiarum ſub *Elenchi Capitum* forma adjeci, quam omnis in eo fui, ut tum loca, quorum ſane non pauca, allegata cum fontibus ſuis conveniant, tum illorum paginæ, quæ ex antiquis editionibus citatæ, ad recentiſſimas & uſitatiſſimas determinarentur; tum non paucis ſedes penitus omiſſa quaſi poſtliminio reſtitueretur. Licet autem pro virili Sphalmata evitare tentaverim, Typographi etiam cura & diligentia publice laudanda ſit, invitis tamen quædam irrepſerunt, quæ proinde peculiari tabula corrigenda indicavi. Coronidis tandem loco rarus & ab *Ill.* noſtro *Autore* tum hic tum alibi crebrius citatus & laudatus *Libellus Iſaaci Hollandi de Salibus & Oleis Metallorum* a Cl. Domino *Carlio* adjectus. Quæ de Editione hac noſtra præmonenda duxi. Ad ipſius nunc operis recenſionem pergens, aliqua pro more mihi hactenus ſolito inde delibaturus, quæ vel alia Autoris loca illuſtrant & confirmant, vel Lectori Salivam ad reliqua perlegenda movere poſſunt. Sic in fine Præloquii a D. D. *Carlio* præmiſſi ſpes fit, fore ut lucem publicam proxime videant *Fundamenta Pharmaciæ Chymicæ Ill. Stahlii*, Mſcta hactenus ſub titulo *Collegii Pharmaceutici Vinarienſis* multorum manibus trita, quorum etiam copia Hæredibus *B. Wolffg. Maur. Endteri* jam facta, & impreſſio quotidie expectatur; nec non *Enarratio ſimplex experimentorum ex analyſi ac Syntheſi mixtionum promanantium*, ſub titulo *Chymia Experimentalis MScta* pluribus jam nota. Qui bini Tractatus ut lucem mox videant vel ideo optandum, quod Problematum plurimorum, ſi non omnium, ab *Ill. Autori* hactenus propoſitorum reſolutio & elucidatio in illis reperiunda, Experimentorum etiam non ſolum ad Phyſicam, Pharmaciam, Chymiam, & Medicinam, ſed Mechanicam etiam & Oeconomiam, utiliſſimorum locupletiſſimus iisdem pandatur promus condus: Sed quam vereor, ne ſolita lucripetarum Bibliopolarum, futilibus magis

magis quam utilibus inhiantium, avaritia ac tenacitas diutius adhuc noſtram protrahat expectationem. In Viam interim redeamus: Potiores Chymici & Alchymici Scriptores & Autores, ut *Arnoldus Villanovanus*, *Baſilius Valentinus*, *Becherus*, *Berlichii Diſſertatio inauguralis de Medicina univerſali*, *Gaſto Dulco Claveus*, *d'Eſpagnet*, *Geber*, *Fridericus Geiſlerus*, *Helmontius*, *Iſaacus Hollandus*, Kern der *Alchymie*, *Raymundus Lullius*, *Müllerus*, *Pantaleon*, *Theophraſtus Paracelſus*, *Jodocus Juſtus van der Rehe*, *Philaletha*, *Sendivogius*, *Alexander Setonius* vel *Sidonius*, *Alexander Suchtenius*, *Trithemius Spanheimenſis*, *Tubalkain*, *Zvvölfferus*, aliique, p. 2. & 3. & p. 183. § XXVIII. nec non p. 219. § I-IV. VII. recenſentur. Remanentiæ candidæ terreæ a dulcificatione Spiritus Nitri reſiduæ examen p. 61. § XXXII. ſuadetur. *Angeli Salæ* Vinum e Sacharo deſcribitur p. 74. § XIX: Acidi volatilis Formicarum collectio docetur p. 77. § XXV: Menſtruum non rejiculum ex Aceto deſtillato & Spiritu Salis armoniaci volatili, aliudque e Silicibus, p. 82. § XXXI: laudatur, de quorum poſteriori etiam p. 93. § L. conferenda. Vini in acetum generoſum ſubitanea mutatio ad *Becheri* ductum p. 8. § XXX. indicatur. Acetum artificiale e Terebinthina p. 84. § XXXIV. innuitur. Salis Alcalini citra concurſum vegetabilium geneſis p. 87. § XXXIX. oſtenditur. Alcali ſumme cauſticum & Pyrolithus inde ſic dictus monſtratur p. 99. § XLII. Spiritus Becheri e Carbonibus, limo &c. notandus commendatur p. 96. § III, cui p. 118. § XLV. addatur. Plumbi repetitas Sulphurationes plus notabilis tincti metalli, ſolas autem cum lixiviis metallico-terreis digeſtiones plus durioris metalli albi, ſpondere p. 103. § XV. monetur; ubi quoque de Sulphuris per ☿ metalliſatione, ſeu Cinnabaris confectione & fixatione, § XVI. aliqua monentur, cum p. 185. § IV. utique conferenda. Sulphuratio Argenti in *Concord. Chym. Becheri*, & Cupri a *Morhofio* relata, notatur, ſimilisque Cupri ad ☉ inductionem Sulphuratio experimentis ſumendis commendatur p. 103. & 104. § XVII, prior autem p. 230. § XXV. repetitur. *Proceſſus Forgatſchianus* p. 105. § XXI. & p. 228. § XIX. animadvertitur, ab *Illuſtri* autem noſtro *Autore* Vitrioli doſis ℥iii definitur, quam *Becherus* loco citato tantum ℥iß eſſe vult. Cinnabaris per Regulum Antimonii revivificatio, hujusque revivificati Mercurii nova, præcipue cum Sulphureis ſilicibus, ſublimatio, alternorumque horum laborum

1723.

1723. borum frequens repetitio p. 106. § XXIII., hunc autem in finem granorum illorum rubeorum rivi Schwartz, ad pagum Schwartz in ditione Rudolstatica, post elutriata ☉ grana abjectorum usus, commendatur. De Ente Veneris *Boylæi*, seu Igne secreto *Helmontii*, p. 109. § XXVIII. quædam monentur, quibus ulterius tum pro hoc scopo, tum pro Sulphuris fixi Præparationibus, hoc eodem loco tactis, addantur p. 150. § XVIII. p. 151. § XIX. p. 180. § XIX. p. 200. §. IX. p. 210. § XXXI. & p. 232. § XXIX. Enchirises olea empyreumatica fœtore suo quodammodo privandi p. 118. § XLIX. docentur. De Menstruo fœtente *Lullii* p. 129. § XVIII. & p. 216. § VIII. agitur. Historia de aqua Mercuriali Viri cujusdam militaris Turcoidi decolori pulcrum recuperante colorem e *Kunkelio* notatur p. 130. § XIX: Mercurio per se Præcipitato novam Mercurii vivi portionem quartam vel quinquies addere mutuoque præcipitare, ad obtinendam forsan magni momenti in Medicina tam corporum quam Metallorum substantiam, p. 131. § XX. suadet. Animatio quædam Mercurii non pœnitenda sæpiusque repetenda proponitur p. 134. § XXVI; & repetitur p. 183. p. XXVII. p. 185. § IV. p. 218. § XII. & p. 226. § XIV., quæ conferenda cum *Bech. Phys. Subterr. Suppl. IIdo, n. 226.* ejusque experientia de Processu *Dygbæano Suppl. Cap. V:* De Martis & Veneris Sulphure Metallico fixo & tingente pluribus agitur p. 149. seqq. § XVI. seqq. p. 172. § VI. p. 173. § VIII. & X., quo loco simul Vitrum Gradatorium laudatur, quod p. 189. § X. rursus citatur, p. 183. § XXVIII. p. 185. § IV. p. 191. § XIII. & 230. § XXVIII. Quid des kleinen Bauerns *Particular* vom grünen Unterzug esse putet *Ill. Autor*, p. 150. § XVII. declarat. Processus *Concordantiæ Chymicæ Becheri* pro Mercurio solari p. 299. n. VI. descriptus si non fidem, experientiæ tamen scrutinium, mereri dicitur p. 178. § XVI, quibus jungatur p. 215. § VII. Spiritus *Boilei* compositus e Bezoardici mineralis Præparatione residuus Aurum dealbare p. 179. § XVIII. notatur, ejus autem similis in dealbando Cupro usus p. 190. § XI; quem tamen mihi experimentum tentanti præstare recusavit. De Colore purpureo, invento tot secula pro deperdito habito, a *D. D. Cassio* autem restituto, & ab Autore Tractatus *Sol sine veste* propalato, notabilia quædam p. 180. § XX. monentur. Quo eodem loco etiam Aurum Mercurio præcipitatum purpureum liquori

quori inducere colorem e citati *Libelli Experim. XXV.* asseritur. Alia autem notabilis Auri Præcipitatio, futuræ utilitatis in projectione prodroma, p. 181. § XXII. & p. 233. § XXXI. docetur. Experimentum *Becheri* de deargentando hemisphærio cupreo mediante Luna cornua p. 189. § XI. adducitur, repetitum p. 193. § III. & memoratum etiam jam in *Specim. Becher. p.* 273. *Exp. CXLIII.* Mercurius fixus Medicorum Batavorum quid sit, explicatur p. 193. § III. Pulvis Diapnoicus alterativus egregius in morbis acutis cum nimio æstu laudatur, ejusque occasione Dreyfaches Chymisches Licht allegatur p. 196. § I. Plumbum antimonii quid, & cujus usus in Chirurgicis sit, p. 198. § VI. indicatur. Pulvis emeticus & post emesin somni- & sudoriferus p. 199. § VII. describitur. *Basilii Valentini Currus Triumphalis Antimonii notis Kerckringii* illustratus commendatur p. 202. § XIII. Hujus etiam experimentum in Cancro Mammarum exulcerato § XIV. tangitur. *Christoph Grummet* vom Blut der Natur p. 222. § V. allegatur. Ad Processum artificis in *Helvetii Vitulo aureo* quædam monentur p. 229. § XXIV. De Extracto Martis in Lunam cum lucro inferendo monitum & Processus p. 231. § XXVII. habetur. Denique Processus *Concordantiæ Becheri Chymicæ* p. 663. n. CLXXXVI. descriptus commendatur p. 232. § XXVIII. Augmentatio Lapidis Philosophici fortuito obtingentis suadetur, & eum in finem monita & historia Autoris deß Kerns der *Alchymie* pensitationi p. 234. § XXXII. ulteriori committuntur. Ejus autem magna energia medicinalis non penitus p. 235. § II. negatur. 1723.

Restarent quidem adhuc plurima notatu dignissima; sufficiant vero hæc, e quibus ut ex Ungue Leonem cognoscere licet. Si cæterum solidissimum pariter ac utilissimum hunc librum Commentarium, & sit venia verbo, Concordantiam ut in plurima potissimorum Chymicorum & Alchymicorum, ita præcipue primaria & plurima *Becheri*, Scripta, speciatim ejusdem *Physicam subterraneam* & *Chymicam Concordantiam*, dixero, æquo & rerum perito Lectori a vero minus aberrasse forsan videbor.

1724. CCLXXV. Synopſis Medicinæ Stahlianæ, *ab ipſo* Autore *propoſita quondam Epiſtola quadam familiari, nunc vero communi uſui expoſita. Büding. Liter. Regelinianis. 8. pl. 2.*

Epiſtolam Præfatoriam *hancce ad Tit. pl. Dn.* Schorlinum, Profeſſorem Moguntinum, *ſcriptam eſſe aſſeruit vir harum rerum gnarus fideque dignus. In hac autem Epiſtola agit de Scriptis ſuis p. 3. ſeq. Et ad notitiam de illis acquirendam* Catalogum Henckelii, *commendat p. 7.* Carl & Bauermüller *ut diſcipuli vere γνησίοι ejus laudantur ibid: De Pharmacopœarum reductione & Materiæ Medicæ ſelectu diſſerit p. 8, ſibique vel viginti Medicamentorum uſum ſufficere monet p. 9. Ut alia gravia notatuque digna nunc taceam, quod totum Schediaſma ipſum facile perlegi queat,* in quo omnia ac multa in nuce *reperiet Lector attentus, ut nuper* Vir *quidam &* Medicus conſummatiſſimus, Patronus *mihi ſummopere* venerandus, *in litteris ad me datis de eo judicarat.*

CCLXXVI. George Ernſt Stahls, Königl. Preuſſ. Leib-*Medici* und Hof-Raths, ausführliche Abhandlung von den Zufällen und Kranckheiten des Frauenzimmers. Deme beygefüget was zu einer guten Amme erfordert werde. Jngleichen eine völlige Beſchreibung des Motus Tonici. Nebſt einer Vorrede von dem weiſſen Fluß, herausgegeben von *B. G. A. M. D.* Leipzig bey Caſp. Jac. Eyſſeln 1724. 8. *pl.* $19\frac{1}{2}$.

Collectio hæc eſt *Programmatum* & *Diſſertationum Ill.* noſtri *Autoris* de *Affectibus Mulierum* agentium & vernacula nunc noſtra loquentium. Sunt autem, quæ a nobis n. CV. IX. CVI. CXXI. CXXX. CXC. CCXXVI. CXXIX. CCIV. XLVII. & denique n. V. recenſentur.

Et hæ ſunt, quæ ad meam equidem notitiam pervenerunt, *Illuſtris Stahlii* Scripta; Si autem præter hæc alia quædam ejusdem hic non relata proſtent Schediaſmata, quæ aut ſola, aut cum aliis edita, prodierint, iis benevolus Lector facile ſuum hic aſſignare

pote-

poterit locum. Ne autem quid eorum, quæ mihi innotuerunt, omisisse videar, notentur adhuc 1724.

I. *Epistola* Ill. nostri Autoris ad Rev. *D. S. Büttner* de *Fossilium figuratorum causis*, quas diluvio referendas vult, in *D. S. Büttners Ruder. diluv. Test;* §. *CXVI. p.* 171. - 184. anno 1710. edit; ubi simul confer. *Specim. Becher, p.* 185. & Bedencken über Bechers Metallurgie *p.* 235. *&* 261. *seqq.*

II. *Responsa* Ill. nostri Autoris in *Medicina Consultatoria Cl. Hoffmanni* nostro ex aliis, quibus Sociam in facultate admovit manum, peculiariter tributa, nempe

1.) *An Spiritus Vitrioli copiose sumtus sit venenum? Part. I. Dec. IV. Cas. IX.*

2.) *An Theriacalia & Emetica in Malo Hypochondriaco - Cardialgico sint proficua? Dec. V. Cas. IX.*

3.) *Mala tractatio vulnerati a Chirurgo. Part. II. Dec. IV. Cas. III.*

III. *Epicrisis* in Cl. D. Consf. *Mich. Alberti System. Jurisprud. Medic;* anno 1725. edit; de Quæstione, an *Hæmorrhoidum promotio per Pilulas Stahlianas legitime perpetrata? Part. II. Cas. XXXVI. pag.* 413. *XXXVII. p.* 423.

Qnemadmodum cæterum meo officio in recensendo me satisfecisse spero, cum libros quoscunque rite indicaverim, materiarum etiam sedes non semper tam facile reperibiles, & quidem non simplices sed multiplices, digito monstraverim, ac Parallelismum plurimorum allegatorum locorum cuicunque congesserim: Ita nemo mihi vitio vertet, si non omnes, de quibus Autor unquam egit, materias eodem filo persecutus sim; Syllabum enim tantum Scriptorum ejus tradere & in paucioribus materiis specimen sistere animus fuit, quomodo e numerosis & diffusis ejusdem Scriptis instituta locorum de una materia agentium parallelorum collatione sententia ejus late dispersa in arctius colligi, sicque ad ejus mentem & Hypothesin Systema potiorum Medicinæ Capitum fieri, queat; Cujus laudatissima Specimina inprimis Cl. *Carlius, Junckerus, Nenterus*, aliique dederunt.

Quod restat, Illustri Autori Vitam, vires, & tempus ad plura solida & utilia cum orbi erudito communicanda Scripta mecum animitus precabuntur omnes veri bonique amantes.

SECTIO

SECTIO II.
SCRIPTA
AD
STAHLII MENTEM DISSERENTIA
L. B.

Absolutis sic *Ill. Stahlii*, quæ mihi quidem innotuerunt, Scriptis, sistuntur nunc Tuo obtutui *Scripta ad Stahlii mentem Differentia*, circa quæ tamen brevibus præmonenda duxi sequentia:

1.) Simplicem tantum eorum hic recenseri Catalogum, cum prolixior illorum enarratio, ac inter se aut cum Stahlii Scriptis collatio, peculiarem exigerent tractationem, majusque & temporis & chartæ spacium, quam huic qualicunque labori est destinatum, requirerent. Quod propterea alii occasioni reservabo.

2.) Me ea tantum designasse, quæ ad meam pervenerunt notitiam, atque inde forsan accidisse, ut tum quidam Scriptores tum quædam recensitorum Scriptorum desint Schediasmata, ea scilicet, quæ minus mihi innotuerunt. Quandoquidem Dissertationes præsertim & similia minora Schedia non semper in omnium manus perveniant. Interim & potissima & plurima hic loci esse designata spero; Reliqua autem quisque haud difficili poterit supplere negotio, quæ & ipse imposterum, si DEVS vitam viresque concesserit, una cum istis, quæ post meum hunc Catalogum prodibunt, Scriptis enarrabo.

3.) Scriptores Alphabetica, quod ajunt, Scripta autem eorum Chronologica, Serie, ut Stahlii, collocata esse, quod modus hic mihi visus sit optimus.

4.) Indicem peculiarem huic Tractationi ideo subjunctum, ut sola etiam compingi & in usum duci possit. Quæ cæterum in his prætervisa aut minus recte dicta sunt, ipse bene consulens corrige, mihique fave ac vale.

D. ALBERTI Michaël, Reg Maj. Boruss. & Consistor. Magdeburg. Consil; Medicin. & Philosoph. Natural. Prof. Publ. Ordinar; Acad. Cæsar. Nat. Cur. Collega.

Dissert. ejus sub Cl. Stahlii *Præsidio.*

I. *de* Hypochondriaco-Hysterico Malo, & 1703.

II. -- *Inaugur. de* Erroribus Medicinæ Practicæ. 1704.
vid. supr. p. 59. n. CXXI. *&* p. 60. n. CXXVI. Mart; 10.

III. *Disputatio Med.* Veram Pathologiam Hæmorrhagiæ 1704.
Narium sistens. *Resp.* Christoph. Berghauer, *Gardelegiensis Pa-* Sept;
læo-Marchicus. Halæ Magdeb; Litt. Christian. Henckel; pl. 4.

IV. *Observatio de* Usu & Abusu Mechanismi in Corporibus 1705.
Animatis. *Tom. X Additam. Obss. Hallens. ad rem. Litt. spect. Obs. I. p. 1 - 71. Recus. cum Ejus.* Medic. und Philos. Schrifften. 1721. p. 425 - 488.

V. Verhandelung von der Seele des Menschen, der Thiere und Pflantzen. *8. pl. 7½. Recus. cum Ejusd.* Medic. und Philos. Schrifften. *p. 1 - 116.* 1707.

VI. *Epistola gratulatoria ad* Christoph. Berghauer, *de* Mysterio Naturæ in Medicina, *annexa Diss* G.E. Stahl. *de* Medicina sine Medico; *pl. 1.* vid. supr. p. 67. n. CLIX. 1706. Febr;

VII. *Disquisitio Med. de* Energia Naturæ in Actibus Vitalibus sine Medico salutariter exercendis. *Recus. cum Ejusd.* Medic. und Philos. Schrifften *1721. p. 273 - 296.*

VIII. Disputationes Medicæ G.E. Stahlii *in Tom. I. collect. cum* Præfat. *&* Indic; vid. supr. p. 67. n. CLX.

VIIII. *Disputatio de* Officio Medici circa Adiaphora. *Resp.* 1708.
Joh: Baptist. Ledergervv, *Diesenhoffiano-Helvetus. Hal. Magd.* Sept;
Litt. Chr. Henckel; pl 7.

X. *Sincera & justa Responsio, in qua de* Pædantiſmo Medico *candide agitur adverſus immatura, cruda, & abſurda Fulminis ex Pelvi ſive* Auri Fulminantis Defenſionis *&c. ibid; Recuſ. 1721. cum Ejusd.* Medic. und Philoſ. Schrifft. *p. 297. - 424.*

D. D. Pancratii Wolffens Defenſioni Auri Fulminantis *oppoſitam hanc eſſe monuiſſe interim ſufficiat, donec uberior hujus controverſiæ inter Cl. Dn.* Stahlium *& D. D.* Alberti *ex una, D. D.* Pancratium Wolffium *autem ex altera, parte agitatæ hiſtoria inferius ſub* Claſſe Congeſtionum *enarretur.*

1709. Sept; XI. *Diſput. de* Medicina Critica. *Reſp.* Joh. Andr. Wendt. *ibid; pl. 5.*

XII. *De* Amethodia Naturæ.

Hanc videre nondum licuit.

1710. April; XIII. *Diſſ. de* Hæmorrhagiis Criticis. *Reſp.* Joh. Gottl. Titius, *Winziga-Sileſius. ibid, pl. 7.*

XIV. *Epiſt. gratul. ad M.* Traugott Dieterich Wagner *ad Diſſ. de* Fundamento Moralitatis Perſonalis in Sanguine, *qua* Commercium Animæ cum Sanguine explicat, vid. ſup. p. 79. n. CCXIV.

Nov; XV. *Diſſert. de* Purpura cum Febre complicata. *Reſp.* Joh. Chriſt. Stempel, *Coburgenſ. ibid; pl. 8.*

1711. Maij 17. XVI. *Programma* Fata Theoriæ Medicæ *recenſens, quo Lectiones publicus ac privatas per Semeſtre æſtivum aperiendas & deducendas amice ſignificat. ibid; pl. 1.*

Primum Profeſſor Publ. Extraord. *hic ſcribitur.*

XVII. *Diſſ. de* Abortus noxia & nefanda promotione.

Nec hanc vidi.

XVIII. Nothwendige und kurtze Cenſur der unreiffen und unvollkommenen Diſputation D. Laurentii Heiſter de Maſticatione. Darinnen die gröbſten und gröſſeſten Irrthümer in *Anatomicis, Phyſicis, Medicis* und *Mechanicis* gründlich erwieſen, und dem *Medico ſine Medicina* der falſche Grund ſeiner *Controvers* angezeiget wird / von *D.* Friederico Seldenio *Practico Sileſio.*

sio. Gedruckt in Landeck bey Christian Haarter. 4t. *pl.* 4. *Recus. cum Ejusd.* Medic. und Philos. Schrifft; *1721. p. 495 - 546.*

Ansam huic Censuræ *dedit* Diss. Anatom. Physiol. de Masticatione, *Præside D. D.* Laur. Heistero *anno* 1711. *Altorfi* à me *ventilata, cujus inprimis* pagina ultima *sententiam Cl.* Stahlii *de* Salivæ sub Masticatione expressione *reprehendebat. Hanc nimirum Dissertationem initio ipse conscripturus eram, indeque Collectanea, ut vocant, de hac materia congesseram; quæ tamen postmodum Dn.* Præsidi, *ipsi eam elaboraturo, concesseram. Hæc vero inter alia etiam supradictam Cl.* Stahlii *sententiam ex Ejusdem* Theor. Med. p. 224. *annotaverant, quam autem Celeb. D. D.* Heister *refutare hinc satagebat. Quam dextre interim aut sinistre ab utraque parte dimicatum sit, nunc non dijudicabo; illud saltem exoptans, ut in tractandis controversiis res ipsas solide & modeste discuterent Eruditi, omne vero partium studium & per aliorum contemtum inclarescendi pruritum omnimodo seponerent. Certus enim sum, plurima hujusmodi Scripta eristica primo impetu acrius justo exarata maturioribus annis & detepefacto magis fervore ipsis suis Auctoribus minus probari, & forsan penitus alia proditura facie, si nova eorundem esset adornanda editio.*

XIX. *Epist. gratul. de* Morbis Mortiferis *ad* Joh. Gottl. Titii *Dissert. de* Febr. Lethif. Hippocr; pl. 1. vid. sup. p. 80. n. CCXXII. Junij 8.

XX. - - *de* Fatis Doctrinæ Temperamentorum *ad* Joh. Andr. Wendt *Dissert. de* Mutatione Temperamentor; vid. sup. p. 82. n. CCXXXVIII. 1712.

XXI. - - *de* Naturæ & Artis Commercio Therapeutico. *ad* Joh. Andr. Hammerer *Diss. de* Necessitate Artis Medicæ. Vid. supr. p. 83. p. CCXLIII. Junij 29. Dec.

XXII. G. E. Stahl. Disputationes Medicæ *in* alterum Volumen *collatæ, ordine justo comprehensæ, & reali Indice instructæ. Typ.* Chr. Henckel; *pl. 7. 4t.* vid. sup. p. 81. CCXXXIII.

XXIII. *Meditationes atque Observationes de* Admirandis Animæ, præcipue Humanæ, Effectibus *ad Ill.* Lucam Schroe- 1713. Jan. 24.

ckium *&c.* *Epistolio hoc Salutatorio commendat & insinuat; quocum insimul tam dignitatem quam utilitatem* ψυχοσοφίας, *ut in Philosophia Morali, ita & in Medicina Theoretica æque ac Practica, exponit, offendicula quadam hanc Doctrinam prementia diluit atque removet, & pro meliori æstimatione ac Observatione cum Corporis vivi, tum etiam Harmonia inter Mores & Vitam, actus hos singulares recenset & illustrat. Halæ, Litt.* Chr. Henckel; *4t. pl. 5.*

Febr; 27. XXIV. *Epistol. gratul. de* Podagra sine Sale *ad Diss.* Georg. Sigism. Liebezeit de Tumore Oedematoso Podagrico. *Vid. sup. p. 84. n. CCXLV.* *Germanice loquitur* in der Abhandlung vom Podagra junger Leute *sequenti titulo*: Ausführlicher Beweiß vom Podagra ohne Saltz / oder daß das Podagra / wider die gemeine Meinung / selten von einer salzigten Schärfe herrühre.

April; 7. XXV. - - *Qua* Thermarum & Acidularum Idolum Medicum destruit, & circumspectum atque peritum *harum* Usum commendat. *ad Diss.* Philippi Hartmuthi Gærtneri *de* Fontium Salutarium Usu & Abusu. *Vid. sup. 84. n. CCXLVI.*

Acad. Natur. Curios. Collega *primo hic dicitur.*

1714. XXVI. *Dissertatio de* Medicinæ & Doctrinæ Moralis Ne-
April; xu. *Resp.* Andr. Ajtai *Transilv. Siculus. Litt. Chr. Henckel; pl. 7.*
30. XXVII. - - - *de* Therapia Morborum Morali. *Resp.*
Maij 1. Franc. Parit. Papaj, *Junior. Hungarus. ibid; pl. 8.*

1716. XXVIII. - - *Inaugur.* de Atonia. *Resp.* Joh. David mil-
Julij. hauser, *Prybusio - Silesius. ibid; pl. 7.*

Decanus Facultatis Medicæ *hic primo nominatur, &* Prof. Med. Publ. ordinar; *sed* Philosoph. Natur. Extraord; *insignitur.*

Sept. XXIX. - - *de* Affectibus Capitis ex Hæmorrhagiis Molientibus. *Resp & Auctor.* Joh. Zachar. PLATTNER, *Chemnicens. Misnic. ibid; pl. 5.*

XXX.

XXXI. - - *Inaug. de* Mensium Anomaliis. *Resp.* Gotthofr. Strauvvalt, *Lesna-Polonus. ibid; pl. 7.*

XXX. - - *de* Hæmorrhoidibus Medicina Hypochondriacorum. *Resp.* Ehrenric. Wilh. Kaatzki, *Quilicens. Meso-Marchic; ibid; pl. 5.*

XXXII. - - *de* Mensium Anomaliis convulsivis. *Resp.* Georg. Andr. Appenrodt, *Nordhus. Thuringus. ibid; pl. 7.* Octobr;

XXXIII. - - *de* Motibus Naturæ Cynosura Medici. *Resp.* Georg. Andr. Klette, *Grosna Siles; ibid; pl. 6.* Dec.

XXXIV. - - *de* Sensu Vitali. *Resp.* Christian Ludov. Mentzel, *Berol. March; ibid; pl 9.*

XXXV. - - *de* Morborum Consensu. *Resp.* Joh. Jac. Horch. *Berol. March; ibid; pl. 6.*

XXXVI. - - *de* Prærogativis Praxeos per Simplicia præ Medicina per composita Præparata Pharmaceutica. *Resp. Autor* Joh. Godefr. Kirchhoff. *Laub. Lusat; ibid; Typ. Joh. Montag; pl. 4.* 1717.

XXXVII. - - *de* Hæmorrhoidum Consensu cum Scorbuto. *Resp.* Godofr. Ritter, *Briga-Siles; ibid; Litt. Chr. Henckel; pl. 6.* Jul;

XXXVIII. - - *de* Hæmorrhoidibus Longævitatis Causa. *Resp.* Fried. Lentz; *Wesserl. Halberst; ibid; pl 7.*

XXXIX. - - *de* Hæmorrhoidum Anomaliis. *Resp.* Dan. Sigm. Gottl. Behrens, *Halberstad; ibid; pl. 7.* August;

XL. *Programm. de* Vero Sensu Medico Naturæ incorporeæ Hippocratico *ad Diss.* Zachar. Plattneri *de* Medico Motuum Vitalium Directore. 1717. Sept; 24.

XLI. *Diss. Inaug. Med. de* Hæmorrhoidibus Fœminarum. *Resp.* Joh. Jac. Bergmann, *Gorlic-Lusat; Hal; Litt. Chr. Henckel; pl 7.* Octobr;

Nov; XLII. - - *de* Hæmorrhoidibus cœcis. *Resp.* Joh. Ludov. Mœser, *Weilburgo-Nassovius. ibid; pl.7.*

Potentiss. Reg. Boruss. Consiliarius Aulicus *primum hic vocatur.*

XLIII. - - *de* Hæmorrhoidibus albis. *Resp.* Tob. Bogisl. Rückert, *Schivelb. Neo-Marchicus. ibid; pl.6.*

XLIV. - - *de* Hæmorrhoidariorum Regimine & Diæta. *Resp.* Joh. Harder, *Scaphusa-Helvet; ibid; pl.6.*

XLV. - - *de* Plurimorum Hominum Morte immatura. *Resp. Autor.* Joh. Sam. Steurlin, *Schleusing Henneberg; ibid; pl.5.*

Dec; XLVI. - - *de* Hæmorrhoidibus suppressis. *Resp.* Christ. Fried. Kniep, *Calbens-Magdeb; ibid; pl.7.*

XLVII. - - *Epistol. gratulator; de* Vana & imperita Studii Mechanici applicatione ad Medicinam. *Recus. cum Ejusdem* Medic. und Philosoph. Schrifft *1721. p.489-494.*

XLVIII. *Dissert. de* Inflammationibus retropulsis.

Hanc non vidi.

1718. Januar; XLIX. *Diss. Inaug. de* Dysenteria cum Petechiis & Purpura complicata. *Resp. Autor.* Joh. Elias CRAMER, *Medic. Pract. Schwvinfurtensis. Hal; Litt. Chr. Henckel; pl.4.*

L. - - *Sistens* Observationes Practicas de Medicina *quadam* efficaci *in* Motibus Naturæ exacerbatis. *Resp. Autor.* Joh. JUNKERUS, *M. P. Orphanotrophei Hallensis, ibid; pl.2.*

LI. - - *de* Hæmorrhoidum consensu cum Morbis Splenis. *Resp.* Rudolph. August. Haubold, *Saxo-Leoburgicus, Med. Pract; ibid; pl.4.*

April; LII. - - *de* Hæmorrhidibus excedentibus. *Resp.* Hieron. Fisch, *Arovio-Helvetus. ibid; pl.8.*

1718. Maij 27. LIII. *Propempticon de* Falso Sensu Medico Naturæ corporeæ Hippocratico. *Sequitur.*

LIV. *Diss. Inaug. de* Cura per Exspectationem. *Resp.* Ludov. Jul. Jaquemin, *Brunsvicens; Hala, Litt. Chr. Henckel; pl.7.*

LV.

LV. - - *de* Pleuritide vera *Resp. Autor.* Joh. Gottl. GROSSER, *Altenburg- Gorlic; ibid; pl.4.*

LVI. - - *de* Roremarino. *Resp. Autor.* Joh. Wilhelm. SPARMANN, *Dresdensis. ibid; pl.4.* Julij.

LVII. - - *de* Vomitu cruento. *Resp.* Erdmann Kupitz, *Sorav-Lusat. ibid; pl. 6.* August;

LVIII. - - *de* Epilepsia. *Resp. Autor.* Joh. Ern. STAHL, *Hildburghusan. Francus. ibid; pl. 6.* Sept;

Subjuncta Epistola *Dn.* Præsidis *& DD. G. D.* Coschwitz.

LIX. - - *de* Hæmorrhoidum insolitis viis. *Resp.* Joh. Siegfr. Ganzland, *Hala-Magdeburg; ibid; pl.5.* Octobr;

LX. - - *de* Hæmorrhoidum Consensu cum Capite & Pectore. *Resp.* Joh. Weisbrodt, *Pyriz. Pomeran; ibid; pl.7.*

LXI. - - *de* Scabie. *Resp. Autor.* Christian Adam GORN, *Jauraviens. Siles; Halæ, Litt. Steph. Orban; Acad. Typogr; pl. 7.*

LXII. *Diss. Inaug. de* Colica Hæmorrhoidali. *Resp.* Joh. Fried. Zehner, *Hal-Magdeburgicus, ibid; Typ. Chr. Henckel; pl.6.* 1718. Nov;

LXIII. Introductio in Universam Medicinam, *tam* Theoreticam *quam* Practicam, certis Positionibus comprehensa, *inprimis in Usum Auditorii sui edita. Qua verus & sincerus nexus inter Theoriam & Praxin per præcipuas Medicinæ systematicæ Partes studio commonstratur, & hoc ordine* Physiologia & Pathologia Medica *præmittitur. Hal Magd; Litt. & Impens. Orphanotrophei; in 4t. Alph. II. pl. 11.*

LXIV. *Dissert. Inaug. de* Hæmorrhoidum & Mensium Consensu. *Resp.* Joh. Godefr. Dieterich, *Gorlic- Lusat; Halæ, Typ. Chr. Henckel; pl. 5.* 1719. Januar;

